rurſũ· Non loquebar ad eos· ⁊ ip
ſi ꝓphetabant· Qua ex re quoqꝫ
colligendũ eſt· q2 ⁊ quiſq̃s expoſi
tor in explanatione ſacri eloquij
vt fortaſſe auditoribus placeat a
liquid mentiendo ꝯponit· ſua ⁊ nõ
dei verba loquit̃· ſi tñ placendi vł
ſeducendi ſtudio menciat̃· Nam
in verbis dominicis virtutẽ req̃rẽs
ſi ipẽ aliter q̃ꝫ is per quẽ ꝓlata ſũt
ſenſerit eaꝫ ſi ſub ĩtellcũ alio edi
ficationẽ caritatis requirat· domini

ſunt verba que narrat· q2 ad hoc
ſolũ de9 ꝑ totã nob̃ ſacrã ſcripturã
loquit̃· vt ad ſuũ nos ⁊ ꝓximi a
morẽ trahat· Sequit̃ Non enim
ad populũ ꝓfũdi ſermõis ⁊ igno
te lingue tu mitteris ad domũ iſra
el· neqꝫ ad populos multos ꝓfun
di ſermonis ⁊ ignote lingue· quo
rũ nõ poſſis audire ſermones· ⁊ ſi
ad illos mitteteris ipſi audirẽt te
Domus aũt iſrael nolunt audire
te· q2 nolũt audire me· In ipõ vi
ſionis exordio quo ꝓpha ad p̃di
candũ mittitur· e parte ⁊ vocatio
gentiũ· ⁊ iſrlitaꝝ repulſio deſigñ̃
Nam cũ dicit̃· Non ad populos
profũdi ſermõis et ignote lingue
mitteris quorũ nõ poſſis audire ſer
mones· atqꝫ ſtatim ſubditur· et ſi
ad illos mitteris ipſi audirẽt te· a
perte declarat̃ obedientia gentiũ
que quõqꝫ p̃dicatoꝝ vocẽ eſſent ſi
ne tarditate ſecuture· Et cũ ſbdit̃
Domus aũt iſrael nolũt audire
te q2 nolũt audire me· iudee duri
cia deſignat̃· que verba p̃dicantiũ
⁊ cognouit ⁊ ſequi noluit Ignota
aũt lingua gentiũ ad obediendũ
moram nõ fecit· q̃uis extnea ab e
loquio legis fuit· Hĩ aũt dicit̃· no
lũt audire te· q2 nolũt audire me·
ſcd̃m hoc quod ſcriptũ eſt· qui vos
ſpernit· me ſpernit Cauſa quoqꝫ
cur nõ audiant ſubinfert̃· cũ dicit̃·
Omnis quippe domus iſrael attri
ta fronte eſt· ⁊ duro corde· Cũ do
mus iſrael attrita fronte perhibet̃
eſſe· quid aliud ſentiendũ quid ve

cogitandū eſt. niſi q frontē cordis
in ipudentia atterit culpa ſequēs.
atq; quo crebrius ɔmittitur. eo de
illa cōmittentis animus minꝰ ve
recūdatur? Atq; ideo ad tantā cor
dis duriciā quādoq; peccator ꝑue
nit. vt iā i correptiōe nō ſit ſenſibi
lis. q̄a q̄ vſu peccādi īduruit. nullo
mō corripiētis verbū id eſt manꝰ
palpātē ſētit. ſicut iudee quoq; cre
briꝰ delinquēti dicit. Frōs mulierꝭ
meretricꝭ facta eſt tibi noluiſti eru
beſcē. Vel certe attrita frōs eſt. in
huiꝰ mūdi actibus aſſueta. quia ſi
cut ſunt nōnulli qui quietē cunctis
ꝑmijs mūdi atq; honoribus ꝑpo
nūt. ita nōnulli vt in hoc mūdo eſ
ſe aliquid videantur. terrenis la
boribus inſudant. inſiſtūt cauſis. ꝑ
miſcentur iurgijs. et ꝗuis ſe cor
pe deficere inter labores ſentiant.
amore tamen terrenarū rerū deuic
ti delectabiliter fatigātur. Quibꝰ
ꝑ ꝓphetā dicit. Ephraim vitula
docta diligere triturā. Vitula etenī
in triturā aree aſſueta eā ſi relax
aretur a laborē ſpōte redit. Sic ſic
quibuſdā prauis mentibꝰ nichil ē
laborioſiꝰ q̄ ſi eis ꝑparit. vt in hu
ius mūdi actibus nō laborēt. Nā
ſepe quidā repulſi ab actione terre
na. deꝑcantur vt redeant. rogant
vt ꝑmantur. graue ſe incurriſſe pi
culū quietem putant. Attrita ergo
fronte ſūt. qui non ſolū laborēs nō
fugiunt. ſed neq; iportuni videri in
laboribus qui ſibi negantē erubeſ
cūt. Sequitur. Ecce dedi faciē tuā
valentiorē faciebꝰ eorꝫ. et frontē
tuā duriorē frontibꝰ eorꝫ. Sicut
verēcūdia laudabilꝭ eſt in malo. ita
repꝛehenſibilis ē in bono. Erubſcē
eni malū ſapiētia eſt. bonū vero e
rubeſcē fatuitas ē. Vn̄ ſcriptū eſt
Eſt ɔfuſio adducēs pctm̄. et eſt ɔ
fuſio adducēs gloriā. Qui eni e
rubeſcit penitendo mala q̄ fecit. ad
vite libertatē ꝑuenit. Qui vero e
rubeſcit bona facē. ab ſtatu rectitu
dinis cadit. atq; ad dāpnationem
tendit. ſicut ꝑ redemptorem dicitur
Qui me erubuerit et meos ſermo
nes. hunc filius hoīs erubeſcet cū
venerit in maieſtate ſua. Et ſunt
q̄dam qui bona iā mente cōcipiunt
ſed necdū malis aperte contradi
cunt. Hij nimirū quia boni ſunt in
mente. ſed auctoritatem non ha
bent in locutione. apti ad veritatꝭ
defenſionē nō ſunt. Ille eni verita
tis defenſor eſſe debet. qui qd̄ rec
te ſentit loq̄ nec metuit nec erubeſ
cit. Vnde nunc quoq; in magno
munē ꝓphete ꝑmittit. Ecce dedi
faciē tuā valētiorē faciebꝰ eorū. et
frontem tuā duriorē frontibꝰ eorū
Quid eſt aūt peccator. niſi vulne
ratꝰ? Et predicator. niſi medicꝰ?
Si ergo nō erubeſcit pctōr qui ia
cet in vulnē. cur erubeſcat medicꝰ
qui ꝑ medicinā ꝓuidet ſaluti? Se
pe vō ɔtingit. vt ꝑdicator reuerēt
audiatur. nōnūq̄ vero a ꝑuerſis ita
deſpiciat ac ſi eis nichil vtilitatis lo
quatur. Vn̄ recte nūc ſubditur. Vt
adamantē et vt ſilicē dedi faciē tuā.

Adamas ⁊ ſilex vtraqꝫ dura · ſed
vnū horū p̄cioſū eſt · alterū vile · A
damas ad ornamentū ſumit̄ · ſilex
ab itinerātibus calcat̄ · Et ſepe cō
tingit vt hos quos correptionē ſu
am ꝯſpicim⁹ nimis humilit̄ audi
re · vereāi demur eis aliqua dicere ·
Nōnūq̄ vō euenit · vt eos quos
increpationē ſuam videm⁹ poſtpo
nē ⁊ deſpectui habere · trepidem⁹
eis v̄bū predicatiōis inferre · Sꝫ
ſi recte ſapim⁹ et ad eos a quibus
nos ſpnxari ꝯſpiciam⁹ · ⁊ ad eos
a quibus nos deſpici videm⁹ auc
toritatē exhortationis uł īcrepati
oīs ſumim⁹ · vt nec illoꝝ hūilita
tem debeam⁹ erubeſcere · nec horū
ſuperbiā formidare Dicitur ergo
ego aūt dedi faciē tuā vt adaman
tē id eſt ſi ab auditorib⁹ honorat̄ ·
dedi faciem tuā vt ſilicē · ſi ab audi
toribus ꝯculcaris atqꝫ deſpiceris ·
vt nec ꝑ illatū honorē reſtrenetur
lingua ex verecūdia · nec ꝑ deſpec
tū taceat ex infirmitate · Sequit̄
Ne timeas eos neqꝫ metuas a
facie eoꝝ · quia domus exaſperās
eſt · Hoc iam ſuperi⁹ dictū eſt Sꝫ
notandū q̄ aſpera domus habea
tur · cui⁹ aſperitas tā crebro repli
catur · Increpādus itaqꝫ peccator
eſt · et nūq̄ timend⁹ · qꝛ domus ex
aſperās ē Timeri ei hō debuerat
ſi ipē auctorē oīm vt hō timuiſſet
Nam qui racionis ſenſū ad timo
rē domini nō habuit · tāto min⁹ ti
mendus eſt · q̄to hoc qd̄ eſſe debu
it nō eſt · Sequitur Et dixit ad me

Fili hōimis omēs ſermones meos
quos loquor ad te aſſume in corde
tuo · ⁊ aurib⁹ tuis audi · ⁊ vade in
gredere ad trāſmigracionē filiorū
populi tui Vigilant̄ intuendū eſt
q̄ vox domini ad ꝓphetā dicitur ·
vt p̄us ſermones eius audiat · ⁊
poſtmodū loquat̄ · Audim⁹ eni v̄
ba domini ſi ea facimus · et tūc ea
ꝓximis recte loq̄mur · cū p̄us ipſi
ea fecerim⁹ Qd̄ bn̄ marcus euan
geliſta ꝯfirmat · cū ſcm̄ dni miracu
lū narrat dicens · Adducūt ei ſur
dū ⁊ mutū ⁊ dep̄cabātur eū vt im
poneret illi manū · Cui⁹ curatiōis
ordinē inſinuat ſubdens · Miſit di
gitos ſuos in auriculas eius · ⁊ ex
ſpuens tetigit linguā ei⁹ · ⁊ ſuſpi
ciens in celum ingemuit · et ait illi
Effeta · qd̄ eſt adaperire · Et ſta
tim apte ſūt aures ei⁹ ⁊ ſolutū eſt
vinculū lingue eius ⁊ loquebatur
recte · Quid eſt eni q̄ creator oīm
deus cū ſurdū ⁊ mutū ſanaē volu
iſſet īm aures illius digitos ſuos
miſit · ⁊ exſpuens linguam ei⁹ te
tigit ? Quid ꝑ digitos redēptoris
niſi dona ſancti ſpūs deſignantur ?
Vnde cū in loco alio eiecaſſꝫ demo
niū dixit · Si in digito dei eiicio de
moīa · ꝓfecto ꝑuenit in vos regnū
dei Qua de re per euangeliſtā ali
um dixiſſe deſcribit̄ Si ego in ſpi
ritu dei eiicio demonia · peruenit in
vos regnū dei · Ex quo vtroqꝫ lo
co colligitur · qꝛ digitus dei ſpūs
vocatur · Digitos ergo in auricu
lam mittere eſt · per dona ſcā ſpūs



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mentē ſurdi ad obediendū apite·
Quid eſt vero ꝙ expuēs linguā e
ius tetigit? Saliua nobis ex ore
redemptoris eſt· accepta ſapiā i elo
quio diuino Saliua ǭppe ex capi
te defluit in ore· Ea ergo ſapiā q̄
ipē eſt· dū lingua noſtra tāgitur·
mox ad p̄dicatiōis v̄ba formaꝛ·
Qui ſuſpiciēs in celū īgemuit· nō
ꝙ ipē neceſſariū gemitū haberet·
qui dabat qđ poſtulabat· ſʒ nos ad
eū gemere q̄ celo p̄ſidet docuit· vt
⁊ aures nr̄e ꝑ dona ſpūs apiri· ⁊
lingua ꝑ ſaliuā oris id eſt ꝑ ſciē
tiam diuine locutiōis ſolui debeat
ad verba p̄dicationis Cui mox ⁊
epheta qđ eſt adapire dicitur Et
ſtatim apte ſūt aures ei9 ⁊ ſolutū
eſt vinculū lingue e9 Qua i re notā
dū ē· qꝛ ꝓpē clauſas aures dēm ē
adapire Sed cui aures cordis ad
obediendū apte fuerint· ex ſubſe
quenti procul dubio etiā lingue ei9
vinculū ſoluitur· vt bona que ipē fe
cerit· etiam facienda alijs loquaꝛ·
Unde et bene additur et loq̄batur
recte· Ille enī recte loq̄tur q̄ prius
obediendo fecerit· q̄ loquēdo admo
net eſſe facienda· Q; vero ad trā̄ſ
migrationē ꝑpli admonēdū ꝓpha
mittitur· nō ſolū ea trāſmigratio
debet intelligi· que e9 populi erat
in corpore· ſed etiā que facta fuerat
in mente Ab iheruſalem quoqꝫ ad
babilonem venerat Et quid iheru
ſalem niſi viſio pacis· quid babilo
nia· niſi cōfuſio vocatur? Quiſq̄s
vero a rectis operibus in peruerſis

actibus cadit· quoniam a bono ſtu
dio ad vicia defluit· quaſi ab ihe
ruſalē ad babilonie ciuitatē venit
Culmē enī bone ꝯtemplatiōis de
ſeruit atqꝫ in trāſmigratiōe cōfuſi
onis iacet Ad illis ſepe ſolet eue
nire· q̄ cū bona agunt in hijs de ſu
a v̄tute gloriaꝛ· Unde pſalmiſta
ne a viſione pacis id eſt a bonis o
peribus captiuus ad babiloniā emi
graret· domino ſupplicat dicēs Ad
iutor meus non emigrabo· Si e
nim in ſe cōfideret· a iuſticie opib9
cadendo migraſſet· Sed neqꝫ hij
qui ab ſtatu rectitudinis in prauā
actionē ceciderunt deſperandi ſūt·
quia ecce ꝓpheta ad tranſmigrati
onē babilonie mittiꝛ· Et ꝑ ꝓphe
tam aliū dominꝰ dicit· Et venies
vſʒ ad babilonē ibi liberaberis Se
pe enim quis poſtq̄ in ꝯfuſionē vi
ciorū ceciderit· erubeſcens mala q̄
perpetrauit· ad penitētiam redit·
ſeqꝫ a ſuis lapſibus bene viuendo
erigit· Quid ergo iſte niſi vſʒ ad
babilonem venit· ⁊ ibi liberatus
eſt· qui poſtq̄ cōfuſus eſt mente ꝑ
uerſa perpetrauit· hec ipſa erubeſ
cens mala que fecit· ſe contra ſe e
rigit et bene operando ad ſtatum
rectitudinis redit? In babilone ita
qꝫ liberatur qui per diuinam gracī
am oſtenditur etiam de cōfuſione
liberatus Propheta ergo ad trāſ
migrationē loquitur cum illos in
crepat· q̄ ab ſtatu rc̄titudīs ad erro
ris vicia trāſmigrādo ceciderūt Se
q̄ē· Et loq̄ris ad eos ⁊ dices eis

Hec dicit dominꝰ deus. ſi forte au
diant et quieſcāt. Qz totiens diui
nis vocibus difficultas audiendi
repetitur vt dicat ſi forte audiāt.
quid aliud ꝗ̃ trāſmigrati ppli du
ricia deſignatur. In quibꝰ verbis
magna eſt nrā conſolatio. qz ſi om
nipotēs deus pphām mittens a ꝑ
uerſo pplō verba ſua denūciat diffi
cile audiri. cur nos miſeri contriſta
mur. cū ſepe a frībꝰ in nrā ammo
nitione ↄtēpnimur. Nam crebro
delinquētes alloq̃mur. frequenter
increpamꝰ. ſepe cū eis blandis ſer
monibꝰ agimꝰ. et tn̄ ſi alter audit
alter audire ↄtēpnit. alter ex par
te verbum exhortationis ſuſcipit
et ex parte recipe recuſat. ita vt co
tidie impleri videamꝰ hoc qd̄ ꝑ ꝓ
phetā aliū dominꝰ narrat. ꝗ̃ fere
rit iratus cū dicit. Plui ſuper vnā
ciuitatē. et ſuper alteram non plui
Pars vna ↄpluta eſt. et pars ꝗ̃ ↄ
pluta nō eſt aruit. Cū eni ſancte
exhortationis verba alia mēs ſuſ
cipit. alia ſuſcipe recuſat. ſup vnā
ciuitatē dominꝰ pluit. et ſuper alte
rā non pluit. Cum vero et ipſe qui
prauos audit. ab alijs ſe vicijs
corripit. atqz ab alijs emēdare ↄtēp
nit. vna eadēqz ciuitas et ex pte ↄ
pluitur. et ex parte arida remanet.
in qua a ſe ꝑdicatioīs pluuiam re
pellit. Sūt eteni quidā ꝗ̃ exhorta
tionis verba oīo non audiant. hij
penitus ſuſcipe pluuiā nolūt. Et
ſūt qui audiūt. ſꝫ hanc tn̄ medulli
tus nō ſequūtur. qz alia a ſe vicia
reſecāt. ſꝫ in alijs grauiter ꝑdurāt
Sepe enim quoſdā vidimꝰ qui ꝑ
ꝑdicationis verbū a ſemetipſis a
uaricie eſtū repellunt. et nō ſolū iā
aliena nō rapiūt. ſꝫ ppa indigenti
bꝰ largiūtur. nec tamē ire ſtimu
los edomant. nec pacientie mode
ramina per mentꝭ trāquillitatem
ſeruant. Et ſepe alij ad exhortati
onis verbū in ſemetipis iā carnis
immūdiciam vincūt. corpis caſti
tatē cuſtodiūt. nec tamen adhuc a
nimos ſicut debēt proximis inclināt
ſꝫ per rigorē ſuperbie in cogitatio
ne ſe eleuant. In iſtis pars vna ↄ
pluta eſt qz fructū facit. et pars ꝗ̃
cōpluta non eſt aruit. qz exhortati
onis verbū nō plene ſuſcipiens. a
bono ope remanſit ſterilis. Deqꝫ
Et aſſūpſit me ſpūs. et audiui pꝰ
me vocē ↄmotionis magne. bene
dicta glā domini de loco ſuo. Qz
hoc eſt ꝙ ppha poſtꝗ̃ ad trāſmig
tionē filiorꝝ populi mittitur. vocē
poſt ſe cōmotiōis magne audit di
centē. benedicta glā domini de loco
ſuo. Conuſus quippe ad peccato
res babilonie fuerat. et vocē glorie
domini de loco ſuo poſt tergū audi
ebat. Locus enim dei iheruſalē id
eſt viſio pacis eſt. quia nimirū illa
corda vident ꝗ̃ dei ſūt. que ad trāſ
migratione babilonie. hoc eſt ad
confuſionis vicia nō deſcendūt. I
bi eni inhabitat deꝰ. vbi vera pax
querit. interne ↄtēplationis glori
a amatur. Nam qui ad peruſita
tem defluūt. locꝰ dei eſſe ↄtēpnūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lcetis ergo glē dei eſt· vel ſācta q̄
q̃ aīa · vel vn9 q̄ſ in celeſtib9 ꝑ
manēs āgelicꝰ ſpūs Et glā dn̄i
de loco ſuo bn̄diať· cū vel ab elec
tis hoīb9 vel a ſāctis āgelis aucto
ri oīm laus eterna cātatur· In eo
ergo ꝙ iuſti de cōuertendis pctōri
bus cogitant· quia eorū vitā cōſi
derando ad carnales actus oculū
ducūt· quaſi ad babilonē intēdūt
Qui tamē ꝓ ſtatu ſue rectitudinis
q̄a in laude dei bona ſāctorū ꝯſide
rare nūꝗ̄ deſinūt· ꝯꝗ̄uis ꝑ cogitati
onē alio intēdūt· quaſi poſt ſe vocē
glē domini ab ihrlm id eſt de loco
ſuo audiūt Sed cur in iſtis imora
mur· qui hec ꝓphe verba largiēte
dn̄o ꝑ ſenſū alterū et ſubtili9 itelli
gere et aptius dicere valem9? Ait
enim et aſſūpſit me ſpirit9 Predi
catorē ſpiritus aſſumit· cum eius
mentē in amore dei omnipotentis
eleuat · et a terrenis iā deſiderijs
alienam reddit· vt nichil ei agere
libeat niſi ea quibus lucra ſpiritu
alia congreget· et ad regna celeſti
a cotidiani operis ſui fructum por
tet· Vnde nobis predicatoribus
iubetur· Operamini non abū qui
ꝑit· ſed qui ꝑmanet in vitā eternā
Hinc autem ſubditur· Et audiui
poſt me vocem ꝯmotionis magne
Propheta ſancto ſpiritu repletus
quaſi tranſacta narrat que facien
da preuidit· quia et in predeſtina
tione iam facta ſunt· que adhuc in
opere ſequūtur· Vnde in tranſlati
one veteri ꝑ yſaiam dicitur· Qui
ſcrāt que futura ſūt Quid eſt ergo
ꝙ poſt ſe ꝓpheta vocē audiuit cō
motionis magne · niſi ꝙ poſt ſer
monē predicationis qui fit ad cor
da peccantiū· lamenta penitētiū ſe
quūtur? Peruerſi etenī quiq; dū
praua agunt· et a iuſtis recta non
audiūt · neſciunt ꝗ̄ ſint grauia q̄
cōmittunt · atq; ex ipā ſua ignorā
tia in ſuo ſtupore ſecuri ſunt · et ia
cētes in culpis quaſi molliter qui
eſcunt· ſicut de quodā peccatore et
ſecuro populo dicitur· Requieuit
in fecibus ſuis· quia ſecurus iacuit
in pctīs Cū vero audire ꝑuerſi ꝟ
bū predicationis ceperint· que ſint
ſupplicia eterna cognoſcē· q̄ terror
iudicij ꝗ̄ ſubtilis examinatio de
ſingulis quibuſq; peccatis · illico cō
tremiſcunt· et īplētur gemitib9 et
nō ſe capientibus ſuſpirijs anxian
tur· atq; magno pauore cōcuſſi in
luctu et fletibus erumpunt · Pro
phetam ergo vox magne cōmotio
nis ſequitur· quia poſt verbū pre
dicationis· cōuerſorum atq; peni
tentiū luctus audiuntur Qui enī
ꝑus quieti iacebāt in vulnere· tacti
poſtmodū manu medicine· cū dolo
re redeūt ad ſalutem De hac ꝯmo
tione penitentiū ꝑ ꝓphetā aliū di
citur Pedes eius ſteterunt et mo
ta eſt terra· quia cū veritatis veſti
gia figuntur in mente audientiū·
ipſa mens in ſui cōſideratione tur
bata cōmouetur Hic pſalmiſta ꝓ
peccatorib9 exorat dicens Qui ſe
des ſup cherubī moueatur terra·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hinc pro afflictis ⁊ penitentibus
depcans ait. Cōmouiſti terrā ⁊
ꝯturbaſti eam. ſana ꝯtritiones eꝰ
qꝛ mota eſt. Terra quippe cōmo
ta ⁊ ꝯturbata eſt. peccatoꝛ de cog
nitione reatus ſui anxius. ⁊ ad pe
nitētie lamenta pductus. Peccātī
enim hōmi dictū eſt. Terra es ⁊
in terrā ibis. Exoret ergo vt ſane
tur contritio terre qꝛ mota eſt. qñ
nꝰ peccatoꝛ qui de culpis ſuis af
fligit. de celeſtis miſericoꝛdie gau
dio conſoletur. Hec eſt itaqꝫ vox
ꝯmotiōis magne. qñ vnuſquiſqꝫ ſu
a acta dijudicās. in afflictione pe
nitētie ꝯturbat. Vꝫ qd vox dicat
audiamꝰ. Bndcā glā domini de lo
co ſuo. Locus enim maligni ſpūs
fuerāt. coꝛda peccantiū. Sed cū ſi
bimetipſis irati p penitētiam rede
unt ad vitā. glorie domini locus fi
unt. Jam enim ſe 9 ſe erigunt. iā
penitentie lacrimis īſequūtur ma
la que cōmiſerūt. Jnde ergo audi
tur benedictio glorie in laude dei.
vnde pus ſonabat creatoꝛis iniuri
a de amore pñtis ſeculi. Et coꝛda
penitētiū fiūt iam domino locꝰ ſu
us. que prius in peccatis ſuis poſi
ta fuerāt locus alienus. Jpſi aūt
qui a peccatis ſuis ad dñm cōuer
tūtur. non ſolū delent lacrimis p
uerſa que fecerūt. ſꝫ etiam iuris o
peribꝫ ad alta proficiūt. ut ſancta
aīalia dei oīpotētis fiāt. vt ſignis
⁊ virtutibus ad alta euolent. vt
terram fūditus deſerāt. ⁊ accepto
dono ſeſe ad celeſtia per deſideriū
ſuſpendāt. De quibꝰ adhuc ſubdi
tur. Et vocē alarū percutientiū al
terā ad alterā. Audit poſt ſe ꝓpha
vocē ꝯmotionis magne. quia ſicut
dictū eſt. verbū predicantiū luctꝰ
penitētiū ſequit. Audit poſt ſe vocē
alarū aīaliū. qꝛ ex ipſo luctu peni
tentiū oriūtur virtutes ſanctoꝝ.
vt tātomagꝭ in ſancta actione ꝓfi
ciant. qīto ſe ante cognitionē vite
nequit egiſſe meminerūt. Sed ē
in hijs magna dubitatio. qꝛ nō a
perte per ꝓpham dicitur. vtrū vnū
quodqꝫ aīal alas ſuas in ſemetip
ſis percutiat. an certe hec eadē ſcā
aīalia alis ſuis ſe viciſſim feriant.
vt ala huiꝰ alterum ⁊ ala alterꝰ
iſtud aīal tangat. Sed qꝛ plerūqꝫ
in ſacro eloquio ideo aliqd obſcu
re dicitur. vt diſpenſante mirabili
ter deo multiplicit exponat. nos
caritati veſtre vtraqꝫ exponē largi
ente domino debemꝰ. Depe iam
alas aīaliū. vtutes diximus eſſe
ſcōꝝ. Quomō ergo vnūquodqꝫ a
nimal alas ſuas excuciens. alterā
ad alterā percutit. niſi qꝛ aperte da
tur intelligi. qꝛ ſi ſācta aīalia effi
cimur. vtus in nob virtutē excitat
dū vna alterā ad perfectioēm pul
ſat. Ecce enim quis habet iā vbi
dei ſcientiā. atqꝫ per eandē ſcientiā
diſcit. ut viſcera etiam miſericoꝛdi
e habeat. Per ſciam quippe verbi
dicitur. date elemoſinā. ⁊ ecce oīa
mūda ſūt vobis. Cumqꝫ iam eſſe
miſericoꝛs in elemoſinis ceperit vb
ba ſancte autoꝛitatis legit. ⁊ qcqd



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in eis de misericordia dz: vberi9 p
expimentū intelligit Ibi ei scriptū
est: pater erā paupm Qd fortaſſe
antea legebat ⁊ pteribat Sz cum
in eius corde iam misericordia ce
perit imitari natura: quid est patrē
eſſe pauperū? legit ⁊ recognoſcit:
quia introrſus redit. in ſemetipſo
intelligit. quod foris audit Aliud
namq3 eſt. elemoſinā ex precepto
facere: atq3 aliud ex caritate. Ex
pcepto enim facere bonū: inchoan
tiū eſt. Ex caritate autem bonū:
pfectoꝝ Qui nō ſolum q2 iubetur
faciunt: ſ3 eciam diligunt faciendo
quod iubetur Hinc eſt enim quod
in magna vtute p pſalmiſtam dz
Vide q2 mandata tua dilexi dn̄e:
in tua miſericordia viuifica me.
Mandata enim dei pmiſſione fa
cere ſeruientis. ⁊ obedientis eſt:
diligendo hec facere. obedientis ⁊
amantis eſt Quia ergo ⁊ p ſcien
tiam caritatis miſericordia diſcit.
⁊ p caritatē miſericordie in corde
cōpuncto ſcientia multiplicat: ala
in nobis alam pcutit? q2 virtus
virtutē excitat. Sic qui caſtitatis
bonū in ſuo corpore cuſtodit: ꝯtra
luxuriantes zelo accendit? vt ab
imundicie maculis expientur. Et
ſepe dum quoſdā in lapſibus inue
nit. edomat. affligit: atq3 ad caſti
tatis mundiciā reſtringit Cuius ſi
forte mens de imundicia luxurie
fuerit temptata: ex ipſo zelo quo
alios correxit. ſemetipſū ꝯuenit? ⁊
erubeſcit imunda cogitare: q̄ ſe in

aliis recolit correxiſſe In hec ergo
ala alam pcutit: dū virtus vtutē
pulſat? ⁊ ab imundicia cuſtodit.
Sin vero vt pfati ſumus viciſſim
ſe alis ſuis animalia feriūt? ⁊ al
tera alterum ala pcutit ſingulorꝫ:
huius quoq3 ſcriptionis largiente
dn̄o ſenſus patet. Quid ē ergo q̄
hec pnata aialia viciſſim alas al
terā ad alterā feriunt? niſi q̄ oēs
ſancti ſemuicē ſuis vtutibz tāgunt.
et ſeſe ad ꝯ fectū excitant ex ꝯſide
ratione vtutis aliene? Non enim
vni dantur oīa: ne in ſupbiam ela
tus cadat Sz huic dat quod tibi
non datur: et tibi datur quod illi
denegatur. Et dum iſte ꝯſiderat
bonū qd et ipſe non habet: te ſibi
in cogitatione pferat Et rurſū dū
tu habere illum ꝯſpicis qd ipſe nō
hēs: te illi in tua cogitatione poſt
ponas? ⁊ fiat quod ſcriptū eſt: ſu
periores ſibijnuicē arbitrantes Vt
enim pauca ex multis loquar? iſti
inire abſtinentie virtus tribuitur:
et tamen verbū ſcientie non habet
Illi autem datur verbū ſcientie:
et tamen virtutem perfecte abſti
nentie apphendere conatur ⁊ non
valet. Huic libertas vocis tribui
tur. vt oppſſis quibuſq3 protectio
nis ſolacia impendens ad defenſio
nem iuſticie libere loquatur: ſed ta
men adhuc multa in hoc mundo
poſſidens. relinquere omnia vult
et non valet. Illi vero iam datum
eſt omnia terrena relinquere ⁊ ni
chil in hoc mundo cupit habere:

ſed tamen adhuc autoritate voce
ꝯtra peccantes quoſƺ non pſumit
exercere. Et qui ideo loqui plus
libere debuit. quia iam non habet
vnde in hoc mūdo teneatur. loqui
contra alios libere recuſat. ne ip
ſam vite ſue quietē perdat. Iſti vir
tus ꝓphie data eſt. multa iam q̄
futura ſūt preuidet. ſƺ tn̄ preſentē
proximi egritudinē conſpiciēs at
qꝫ ꝯpatiens nō valet curare Illi da
ta eſt curatiōis grā. atqꝫ a corpoē
proximi moleſtiā q̄ in preſenti eſt
oracionib9 repellit. ſƺ tn̄ quid ſeip
ſū paulopoſt ſequat̄ ignorat. Mira
itaqꝫ diſpenſatione deus oīpotēs
ſic in electos ſuis ſua dona diſpenſat
vt et iſti det quod illi negat. et al
teri maius qđ alteri tribuat min9
quaten9 dū vel iſte habere illū con
ſpiciat quod ipſe non habet. vel ille
hūc magē accepiſſe conſideret. qđ
ſibi minus adeſſe pēſat. dona dei
alter in altero id eſt viciſſim oms
admiretur. atqꝫ ex hac ipā admiā
tione humilietur alt̄ alteri. et quē
videt habere quod nō habet. eum
diuino iudicio ſibi plātū putet. Alis
ergo ſuis viciſſim ſe aīalia feriūt.
cū ſancte mentes alter9 ſe virtuti
bus tāgunt. et tāgendo excitāt. at
qꝫ excitata ad ꝓuectū volant. Vi
deam9 paulū quō apoſtoloꝝ alis
tact9 atqꝫ ad penitentiā excitat9
fuerat. qui mala p̄terite perſecuti
onis ſue. et apoſtoloꝝ inocētem vi
tā ꝯſiderās dicebat. Ego enī ſum
minimus apoſtoloꝝ. qui nō ſū dig
nus vocari apoſtol9. quia perſecu
tus ſū eccleſiā dei. Conſiderauit
quippe apoſtoloꝝ inocentiā. et ꝓp
ter p̄cedentē maliciā. vilis in eius
oculis facta eſt omnis quā exhibe
bat in ecclīa ſollicitudo ſua. et q̄ī mē
tos ex accepto intellcū precederet
non attendit. quia illoꝝ innocētiā
pēſans perſecutorē aliqn̄ fuiſſe ſe
doluit. Sed videamus ſi quis ex
apoſtolis eū qui paulo datus eſt in
tellectū miratur. Ipē nobis aplō
rū p̄m9 requirēdus eſt. qui diſcipu
los admonens ait Sicut et kmˢ
frater noſt̄ paul9 ſcdm datā ſibi ſa
pientiā ſcripſit vobis. ſicut et in oī
bus eplis loquens in eis de hijs
in quib9 ſūt quedā difficilia itellcū
que indocti et inſtabiles depzauāt
Miratur itaqꝫ in apoſtolis oībus
paul9 innocentiā. miratur aplōꝝ
prim9 in paulo ſapientiā. Alis er
go ſe tangunt qui inde ſe viciſſim
ad prouectū excitāt. vnde volant
Hoc itaqꝫ oīpotens deus agit in
cordibus hominū. qđ facit in regio
nibus terrarū. Poterat nāqꝫ vni
cuilibet regioni fructus oms tribu
ere. ſƺ ſi vnaq̄libet regio alterius re
giōis frūctibus nō idigeret ꝯmunio
nē cū altera nō habuiſſƺ. Vnde fit
vt huic vini. alij vero olei habun
dātiā tribuat. hanc multitudie pe
cudū. illā vero vbertate habūdare
faciat frugū. ut cū illa defert quod
iſta non habz. et iſta reddit qđ illa
non deculit. per ꝯmuionē grē ſibi
ſimul etiam diuiſe terre ꝯiūcte ſint

Sicut ergo regiones terrarū: ita
ſūt mentes ſcōꝝ. Que dū viciſſim
ſibi ꝯferūt qđ acceperūt: quaſi fruc
tus ſuos regiones regionibꝫ impē
dūt: vt in vna oēs caritate iūgan
tur. Sꝫ inter hec ſciendū eſt. qꝛ ſicut
electi quiq; hoc ſemꝑ in alijs attē
dunt qđ a dn̄o melius acceperunt
q̄ ipſi. vt eos ſibi in cogitatione p̄
ferant. ſeq; illis in humilitate ſub
ſternāt: ita reproboꝝ mens nūq̄
ꝯſiderat quid alť boni amplius q̄
ip̄e: ſꝫ quid boni ipſe amplius q̄
alť habeat. Neq; enim penſant q̄
bona ſpūs alter acceperit. ⁊ ipſis
deſint: ſꝫ que bona ipſi. ⁊ q̄ mala
aſſint alteri. Et cū omnipotēs de9
ad hoc ſingulas v̄tutes diuidat. vt
alterū alteri in cogitatiōe hūiliet:
ad hoc reprobi ꝑtrahunt bonū quod
acceperūt: vt ex eo in elatione ꝑ
dantur: dū ſemꝑ ꝯſiderant bona q̄
ipſi habent ⁊ alij n̄ habēt: et nūq̄
ꝑpendere ſtudēt: q̄ta bona alij ha
beant ⁊ ipſi n̄ habeant. Qđ ergo
diuina pietas in augmētū diſpoīt
humilitatis: hoc mētes reprobe in
augmentū v̄tunt elatiōis. Et ex
diūſitate munerū a bono deficiūt:
vnde creſcere in humilitatis bono
debuerunt. Propť hoc ergo neceſſe
eſt frēs cariſſimi. vt in vobis hoc ſemꝑ
debeatis aſpicē qđ minus habetis:
in ꝓximis vero hoc qđ vobis āplius
acceperūt: quatin9 dū ſuꝑ voſmet
ipōs eos ꝓ bono qđ ipſi hn̄t ⁊ vos
n̄ hētis aſpiciatis: ad hoc q̄ꝫ obtinēdū
eſt. vos ex hūilitate creſcatis. Si et
enī ⁊ vos ī illis accepta bona ꝓpē
ditis. ⁊ illi in vobis ꝯſiderāt dō q̄ ha
betis: viciſſim vos aliis tangitis: vt
exaltati ſp ad celeſtia voletis. Seq̄
tur. Et vocē rotarū ſequentiū ani
malia: et vocē ꝯmotionis magne.
In rotis: ſacri eloquij teſtamenta
ſignari ſupius diximus. Vox igitur
rotarū: eſt ſmo teſtamētoꝝ. Poſt
vocē itaq; alarū animaliū. audit
eciam vox rotarū: qꝛ p̄dicantiū ſmo
ne ſuſcepto. dū v̄tutes ſcōꝝ ad al
tiora agenda euolāt: ſeq; viciſſim
ad ꝓfectū pulſant: ſcē eccle ſtatus
erigitur: vt ꝑ vniuerſū mundū ſa
croꝝ teſtamentoꝝ pagine legant.
Vbiq; etenī iā ſanctū euangeliū.
vbiq; aploꝝ dicta: vbiq; lex ⁊ ꝓ
phete reſonāt. Poſt alarū g° vocē.
vox rotarū ſeq̄tur: qꝛ poſt ſcōꝝ mi
racula. v̄ba ſacri eloquij intra ſcāꝫ
eccleſiam libē et licenť audiūť. Que
recte aīalia ſequūtur: qꝛ vt ſupius
dictū ē. poſtq̄ in honorē venit vita
ſcōꝝ: veneranda quoq; apparuerūt
hoib9 eloq̄a teſtamentoꝝ. Vel rec
te rote aīalia ſequunť: qꝛ in ſcōꝝ
patrū vita cognoſcim9: q̄ in ſacre
ſcripture volumine intelligē debea
mus. Illoꝝ quippe nobis actio apit
hoc: qđ in ſuis p̄dicationibꝫ pagina
teſtamentoꝝ dicit. Sꝫ querendū nobis
eſt. cur poſtq̄ ſi ꝑius dictū eſt audi
ui poſt me vocē ꝯmotiōis magne:
poſt vocē q̄ꝫ alarū atq; rotarū ſub
ditur. et vocē cōmotionis magne.
Quod ſi diligenť aſpiciatur: inue
niri poteſt quia nō ociōſe repetitur

Due ſunt quippe ꝯmotiones· qui
bus corda nr̃a ꝯmouent̃· Una q̃p
pe ꝯmotio ex timore eſt· altera ex
caritate· Una fit ex luctu penitē̃ti
um· alia ex feruore amãtiũ Poſt
p̃dicatiõis ergo verbũ prima com
motio eſt· cũ plangimꝰ mala q̃ fe
cimus· poſt voc̃e vero alarũ et tota
tũ ſecunda ꝯmotio eſt· dũ magnis
fletibus querimꝰ celeſtia bona que
audimus Ecce enĩ quia intra ſãc
tam eccl̃iam de multꝭ patribꝰ ỽbu
tũ exempla ꝯgnoſcimꝰ· quaſi ala
tũ ſonitus cotidie audimꝰ· Quia
vbiq̃ʒ ſacra eloquia perſonant· q̃ſi
cotarũ vocibus excitamur· Et qui
a per eadẽ ſacra eloquia ad amo
rẽ nr̃i conditorꝭ accendimur· mag
ni feruoris ignibus ardentes eſſe
nos longe adhuc ab oĩpotentꝭ dei
facie plangimꝰ· Poſt primã ergo
voc̃e cõmotionis magne ad extre
mũ quoq̃ʒ vox magne ꝯmotionis
fit· quia qui cognoſcendo deũ cepi
mꝰ peccata plangere· iam diligen
do quẽ cognouimꝰ· nõ ceſſamꝰ eũ
cũ fletibus deſiderare Poſt cotarũ
itaq̃ʒ voc̃e vox magne ꝯmotionis
ſequit̃· quia cũ teſtamenta dei in
aure cordis ſonare ceperint· audiẽ
tiũ ſpũs ex amore ꝯpũctus ad la
menta cõmouetur· Hinc eſt enĩ ꝙ
ſcripture ſacre ỽba fuĩt in corde le
gentiũ ſapida Hinc eſt ꝙ ab amã
tibꝰ plerũq̃ʒ ĩ ſilẽtio q̃ſi furtiue et
tacite legunt̃ Unde ꝑ ꝓpheta quo
q̃ʒ aliũ dicitur· Preſcidiſti in alie
natione capita potẽtiũ· mouebun

tur in ea gentes· Adaperient ora
ſua ſicut pauper edens in occulto
Omnipotens enĩ deus in aliena
tione capita potentiũ p̃ſcidit· qui
a iudeorꝫ ſuperbiã a ſemetipſõ alie
nando reppulit· in qua alienatione
gentes mote ſũt· quia dũ iudei a fi
de caderẽt· ad cognitionẽ fidei cor
da gentiliũ currerũt· q̃ gentes vi
delicet in ſacre lc̃ionis pabulo os
cordis aperuũt· et in occulto ſicut
pauper ꝯmedũt· quia cũ feſtinatio
ne ⁊ ſilentio ỽba vite legentes ſu
mũt· Sed ſciendũ eſt· qꝫ q̃nto au
ditores in caritate atq̃ʒ intellectu
proficiũt· tanto ſãs p̃dicatoribus
maior grã datur Unde cũ ꝓpheta
prius dixiſſꝫ· aſſũpſit me ſpũs· ⁊
audiui poſt me voc̃e ꝯmotiõis mag
ne· poſt vocem ꝯmotionis magne
alarũ atq̃ʒ cotarũ· atq̃ʒ iterũ cõmo
tiõis magne· illico ſubiũgit Spũs
quoq̃ʒ eleuauit me· ⁊ aſſũpſit me
Cur qui ſe aſſũptũ iam a ſpũ dix
erat· iterũ aſſũptũ ⁊ eleuatũ nar
rat? Sed ad altiora mens p̃dicã
tiũ proficit· cũ per eos ſenſus au
dientiũ ad oĩpotẽtis dei deſideriũ
cõmouetur· qui videlicet p̃dicato
res ſcĩ idcirco ꝓficiũt· vt per eorũ
miſteriũ dona grẽ in ſcã eccl̃ia mul
tiplicẽt̃· ſicut de hac eadẽ ſcã eccl̃ia
ſcriptũ eſt· Riuus eius inebrians
multiplicat generationes eius· in
ſtillicidijs eiꝰ letabitur cũ exoriet̃
Riui quippe iſte ſancti p̃dicatores
ſunt· qui terrã nr̃i cordis infũdũt
Et cũ inebriantur riui· gñatiões

F 3

ꝯce multiplicatur: q2 cū vberiorē
gr̄aꝫ ſpiritus p̄dicatoēs accipiūt:
fideliū numerus augetur: quo ſcā
eccleſia in ſuis ſtilliadijs letatur.
In ſtilliadio etenim aqua de tecto
in terrā vadit: que de celo cadebat
in tectum. Tectū vero eccleſie ſanc
ti p̄dicatoēs ſunt: qui nos interce
dendo et āmonitionib9 muniendo
ꝓtegunt. Sed q2 illoꝝ cor diuini
tus in p̄dicatione infundit̄: quaſi
aqua de celo venit in tectū. Quia
vero nos eoꝝ verbis irrigamur:
quaſi aqua de tecto defluit in terrā
Sancta itaq; eccleſia dū excitur
in ſtilliadijs ſuis letatur: q2 cum
in fide ⁊ bonis opibus naſcitur:
ea que accepit dona ꝯſiderat. et in
verbis predicantiū exultat. Quia
ergo auditoribꝫ ad meliora ſurgē
tibus. eorum quoq; p̄dicatoribus
grā multiplicatur: ꝓpheta dicat.
Spiritus quoq; eleuauit me: et
aſſūpſit me. Inde enim p̄dicator
magis ac magis eleuatur et aſſu
mitur: vnde auditor ad meliorē
vitā mutatur. Sed querendū nob
eſt cum ſpiritus mentē non eleuet
niſi aſſūpſerit: cur prius eleuauit:
et poſtmodū dicitur aſſumpſit. Sꝫ
hoc loco aſſūpſit dictū eſt. ꝯſtanter
tenuit. Nam ſꝫ nōnulli quos ele
uat ſpiritus. ſꝫ nō aſſumit: quoꝝ
intellectus ad ſpūalia emicat: ſed
tamen vita in factis carnalib9 re
manens: intellectui non ꝯcordat.
Balaā namq; ꝑ ꝓphetie ſpiritum
eleuatus erat. ſꝫ aſſūptus n̄ erat:

q2 ⁊ cernat̄ potuit lōge poſt futurā
ꝓſpicere: et tamen a terrenis deſi
derijs mentē ſeparare noluit. Sed
q2 ꝓpheta ſanctus ſcientia eleuat9
eſt. ⁊ vita pariter aſſūptus: iam
qual̄ in p̄dicatione ꝑgat audiam9
Et abij amarus in indignatione
ſpūs mei. Penſate ſr̄es cariſſimi:
is cui dona ſancti ſpūs creuerant:
cur amarus abibat. An omne cor
qd̄ iſdem ſpūs aſſumit: amarū in
indignatione ſancti ſpiritus facit:
Vn̄ ſciendū eſt. q2 cui adhuc pn̄s
vita dulcis eſt: etiā ſi verbū dei loq̄
videatur: eleuatur. et aſſūptus p̄
dicator non eſt. Mentē enim quā
ſcūs ſpūs replet: in amaritudinē
tp̄aliū delectatione eternoꝝ ꝯmo
uet. Dulce ei eſt eſſe in reb9 huma
nis: ſed ei qui adhuc de celeſtibus
gaudia nulla guſtauit. Quia q̄to
minus eterna intelligit: tanto de
lectabilius in tp̄alibus requieſcit.
At ſi quis iā cordis ore guſtauerit
q̄ ſit illa dulcedo celeſtiū p̄mioꝝ.
qui illi ymnidia angeloꝝ chori:
que incōprehēſibil̄ viſio ſancte tri
nitatis: huic q̄to illud dulce fit qd̄
intus videt: tanto in amaritudinē
vertitur omne quod foris ſuſtinet.
Rixatur ſecum de hijs que male
egiſſe ſe recolit: et ſibimetipſi diſ
plicet. cum ei ille placere iam cepit
qui omnia creauit. Reprehendit
ſe de cogitationib9. inſequitur de
verbis: ⁊ punit flendo de factis.
Supnis inhiat: terrena iam om
nia per mentis deſpectum calcat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et q̄ diu illud quod deſiderat ad
huc per ſpeciem nō habꝫ· flere dul
ce habet· ſeſe cōtinuus lamentꝭ af
fligere· et quia necdū ſe eſſe in pa
tria ad quam creatus eſt videt· in
h9 vite exilio nil ei plus aliud q̄
ſua amaritudo placet· Dedignatꝰ
eteni ſubiacere tēpalibus· ⁊ arden
ter ſuſpirat eternis· Unde ⁊ recte
per ſalomonē dicitur Eo q̄ in mlꝫ
ta ſapientia multa ſit indignatio·
⁊ qui apponit ſciām apponit et do
lorem· Celeſtia enī ꝯgnoſcentes
terrenis aīm ſubdere dedignamur
⁊ dū plus ſapere incipim9· de hijs
que male egimus nobipſis iraſci
mur· Et fit in multa ſapiētia mlꝫ
ta indignatio· quia q̄nto plus pro
ficimus in cognitione· tāto nobis
indignamur āplius de peruerſo o
pere· atqꝫ cū ſciā dolor creſcit· quia
q̄tomagꝭ eterna ꝯgnoſcimus· tā
tomagꝭ eſſe nos in h9 exilij miſe
ria dolemus· Uel ſicut trāſlatione
alia dicitur· ⁊ qui addit ſciām ad
dit dolorē· Quo enim ſcire incipi
m9 que ſūt celeſtia gaudia· eo ma
gis vt erroꝝ nrōꝝ laqueos poſſi
m9 euadere flendo laboram9· In
multa ergo ſapientia multa eſt in
dignatio· quia ſi eterna iam ſapi
mus· concupiſcere temporalia de
dignamur Si eterna iam ſapim9
noſmetipōs deſpicimus egiſſe hoc
quod nos potuit ab eternitatis a
more ſeparare Reprehendit ſemet
ipām conſciētia· accuſat quod egit·
dāpnat per penitēciā quod accuſat

Fit rixa in aīo· parturiens pacē cū
deo Sic achab iniquus rex a pro
pheta rephenſus· cū ꝯtra ſe diui
nam ſententiā audiſſꝫ pertimuit· ⁊
magno merore dephenſ9 ē· ita vt
ad xpham ſuū dn̄s diceret Nōne
vidiſti humiliatū achab corā me?
Quia igiꝉ hūiliatus eſt mei cauſa
non inducā malū in diebus eius·
In quib9 domini verbis p̄ſandū
eſt quō ei in elās ſuis meror ama
ritudinis placeat· qui amittere ti
ment deū· ſi ſic ei ⁊ in reprobo pe
nitētia placuit qui timebat perdē
preſens ſclm̄ Aut quō ei grata ſit
ſpōtanea afflictio ꝓ culpis in eis
qui placent? ſi hec ad temp9 pla
cuit· ⁊ in illo qui diſplicebat? Sꝫ
ſciendū quia null9 hec pro amore
oīpotentꝭ dei ex toto corde agere
p̄ualet· niſi is cui9 aīm ſpūs ſcūs
aſſūpſerit· Nā qn̄ hō ex ſua v̄tute
ſufficiat terrena deſpicē· celeſtia a
mare pacē cū deo q̄rē ſcāi rixā ſubi
re· in cogitacione ſemetipſū rephen
dere ⁊ gemitibus punire? Nullus
hec agere· niſi quē dīna grā robo
rauerit valet· Vn̄ ⁊ ſequiꝉ Man9
enim domini erat mecū· ꝯfortās
me· Ad bona quippe pfecte ſurgere
nō poſſum9· niſi nos ſpūs ⁊ p̄ue
niendo eleuet· ⁊ ſubſequendo ꝯfor
tet· Sed querēdū eſt· cū ſuperius
de volumine quod acceperat ſcrip
tū ſit· ⁊ factū eſt in os meum ſicut
mel dulce· qua racione poſtmodū
dicatur· abij amarus in īdignatio
ne ſpūs mei Chiui quippe valde eſt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi dulcedo ſimul et amaritudo cõue
niant Sed iuxta ſuperiorē ſenſum
ſciendū eſt: qr cū ſermo dei in cor
cordis dulcis eſſe ceperit huius
procul dubio ꝯtra ſemetipſū animus
amareſcit. Quo enim in illo ſubti
liter diſcit qualiter reprehendere ſe
debeat: eo ſe durius ꝑ amaritudinē
penitentie caſtigat Qui tanto ſibi
magis diſplicet: quanto in ſacro volu
mine amplius de omnipotēte deo
videt qđ amet. Sed quia ad iſta
pficere ſua virtute non valet homo:
recte nunc dicitur Manus domini
erat mecū confortans me. Manus
domini in ſacro eloquio aliquando
etiā vnigenitus filius appellatur:
quia omnia per ipſum facta ſunt.
Et de cuius aſcenſione ꝑ moyſen
pater omnipotēs loquitur. dicens
Tollam in celum manū meam.
Hec manus que electoꝝ ſuorum
corda ꝯfortat: diſcipulis dicebat
Sine me nichil poteſtis facere In
omni ergo quod cogitamus. ſemꝑ
cogitandū eſt. vt et ipſo aſpirante
cogitemus: et ipō adiuuante facia
mus qui viuit ⁊ regnat cū patre
in vnitate ſpiritus ſancti deus: in
ſecula ſeculoꝝ Amen.

Explicit omelia decima.

Incipit omelia vndecima.

Inter cetera ꝓphetie mi
racula: hoc quoqꝫ mi
randum habent libri
ꝓphetarū. q ſicut in eis verbis re
ita nonnūquā verba rebꝫ exponuntur
vt eoꝝ non ſolū dicta: ſed etiā re
geſte ꝓphetie ſint Unde nunc dr.
Ueni ad trāſmigrationē ad aceruū
nouarū frugū: ad eos qui habita
bāt iuxta flumē chobar Cū cauſa
exigeret vt indicare debuiſſet qr ad
tranſmigrationē veniret. q dicendi
neceſſitas fuit. vt ꝑ fruges locum
quoqꝫ exprimeret. dicens ad aceruū
nouarū frugū. niſi q ſepe ꝑ res et
loca cauſe ſignantur Multi quippe
ezechiele ꝓphetāte iā captiuitatis
āni defluxerāt: atqꝫ ex hijs qui in
captiuitatē ducti fuerant plures iā
in morte carnis obierāt ad quoꝝ
filios loqui ꝓpheta veniebat. Unde
⁊ ei ſuperius dr Fili hominis. mitto
ego te ad filios iſrl: ad gentes a
poſtatrices q receſſerūt a me. Pa
tres eoꝝ ꝓuaricati ſūt pactū meum
vſqꝫ ad hanc diē: et filij dura cer
uice et indomabili corde ſūt. ad quos
ego mitto te. Ex quibus qr multi
fuerāt credituri. atqꝫ ꝑ obedientiā
ad fertilitatē boni operis ꝑuenturi:
aceruū frugū vocant Quia eni bo
ne aīe fruges appellant dei: ꝓpha
alius teſtatur dicens Sācta iſrl dño
primicie frugū eius. Fruges etenim
domini: etiā ꝯuerſe gentes ad fidē
poſtmodū facte ſūt. Sed qr prius
iſrl dño credidit: recte hūc ꝓpheta
frugum eius primicias appellauit.
Quia ergo ꝓpheta miſſus nō priori
populo ſꝫ filijs eius dē ppli verba intu
lit: ad aceruū nouarū frugū venit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quid ergo per chobar fluuiũ de
ſignetur· ſupra iam diximus· que
nequaq̃ modo repetim9· ne repete
do faſtidiũ generemus Sequitur
Et ſedi ibi vbi ſedebant· ⁊ manſi i
bi ſeptẽ diebus merẽs in medio e
orũ· Notandũ captiuo populo ꝓ
pha ſanctus quanta ſe cõpaſſione
copulat eorũq; merorib; conſeden
do ⁊ merẽdo ſe ꝯiũgit · quia radix
verbi eſt virtus operꝭ· ⁊ ille ſermo
ab audiente libẽter accipitur· qui
a p̃dicante cũ cõpaſſione animi ꝓ
fertur· Sic ferrũ cũ ferro iũgitur
liquatur p̃us vt poſtmodũ viciſſim
a ſeipſo teneatur Si enim p̃us mi
nime molleſcat· poſtmodũ fortiter
tenere non ſufficiat· Sic ꝓpha cap
tiuo populo ꝯſedit· ⁊ merẽs in me
dio eoꝝ extitit· vt dũ per caritatꝭ
grãm condeſcendendo ſe ei mollio
rẽ redderet· eum ſtatim per verbi
fortitudinẽ teneret· Siuero iſra
heliticus popul9 qui domus exaſ
perãs vocatur· quia culpas nec in
ter flagella cognouit· nullo mero
re aĩm depreſſit· ꝓpha inter gau
dentes merẽs ſtuduit ſedere· vt ta
cendo oſtenderet· quid loquẽdo ve
nerat dicere· ⁊ p̃uſq̃ verba faceret
in hoc qd merẽs tacuit· formã vbo
rũ ſũpſit· Sequitur· Cum aũt per
tranſiſſent ſeptẽ dies· factũ eſt ver
bũ domini ad me dicens In eo qd
ſeptẽ diebus merẽs ſedit· ⁊ poſt di
em ſeptimũ verba dominice iuſſio
nis accepit vt loqui debuiſſet· ap
te indicat· quia eiſdẽ dieb9 merẽdo
tacuerat· Miſſus aũt ad predicã
dũ fuerat· ⁊ tamen ſeptẽ dieb9 ſe
dens tacebat Quid eſt hoc quod nob
ꝓpheta in hoc ſuo ſilentio innuit·
niſi quia ille loqui veraciter nouit
qui prius bene tacere didicerit ?
Quaſi enim nutrimentũ quoddã
verbi eſt· cenſura ſilencij· Et recte
per excreſcentẽ quoq; grãm ſermo
nẽ accipit· qui ordinate antea per
humilitatẽ tacet· Hinc enim per
ſalomonẽ dicitur· Tempus tacẽ
di ⁊ tempus loquendi Non enim
ait tẽpus loquendi et temp9 tacen
di· ſ; prius tacẽdi premittit tẽpus
⁊ poſtmodũ ſubdit loquendi· quia
nõ loquendo tacere· ſ; tacẽdo debe
m9 loqui diſcere· Si ergo ꝓpheta
ſanctus qui miſſus ad loquendũ
fuerat diu prius tacuit· ut poſtmo
dũ recte loqueretur· p̃ſandũ nob
eſt· q̃ta ei culpa ſit nõ tacere· quẽ
nulla cogit neceſſitas loqui· Seq̃
tur· Fili hominis ſpeculatorẽ te de
di domui iſrael Notandũ qd eum
quẽ domin9 ad p̃dicandũ mittit·
ſpeculatorem eſſe denũciat· Cui
enim cura aliena cõmittitur ſpecu
lator vocatꝰ· vt in mẽtꝭ altitudine
ſedeat· atq; vocabulũ nomis ex vir
tute actionis trahat Non enim ſpe
culator q̃ in ymo eſt· Speculator
quippe ſemꝑ in altitudine ſtat· vt
quicq̃d venturũ eſt longe ꝓſpiciat·
Et quiſq̃s populi ſpeculator poni
tur· in alto debet ſtare per vitam·
vt poſſit prodeſſe per prudentiã·
Hunc ꝓpheta alius ſpeculatorem

āmonet dicens. Sup monte excel
ſū aſcēde tu qui euāgelizas ſyon.
vt videlicet qui p̄dicationis locū
ſuſcipit . ad altitudinē bone aſcen
dat actionis Ad excelſa trāſeat. et
eorū qui ſibi cōmiſſi ſunt opa trāſ
cendat. quatin9 ſubiectorū vitā tā
to ſubtilius videat. q̄to ⁊ terrenis
rebus quas deſpiat animū nō ſup
ponit. O q̄ dura ſunt michi iſta q̄
loquor. quia memetipſum ferio lo
quēdo. cui9 neq lingua vt dignū
eſt predicationē tenet. neq in q̄tū
tenere ſuffiat vita ſequitur linguā
qui ociosis verbis ſepe implicor. ⁊
ab exhortatione atq edificatione
proximorum torpens ⁊ negligēs
ceſſo. qui in conſpectu dei factus ſū
mutus et verboſus . mutus in ne
ceſſarijs. verboſus in ocioſis Sed
ecce ſermo dei de ſpeculatoris vi
ta compellit vt loquar. tacere non
poſſum. et tamen loquēdo me feri
re ptimeſco Dicam dicam. vt ver
bi dei gladius eciam p meipſū ad
cōfigendū cor proximi tranſeat .
Dicam dicam. vt eciā ɔtra me ſer
mo dei ſonet p me. Ego me reum
eſſe non abnego . torporem meū
atq negligentiā video . Erit for
taſſe apud pium iudicem impetra
cio venie. ipſa cognitio culpe . Et
quidem in monaſterio poſitus. va
lebā et ab ocioſis linguā reſtringe
re. et in intentione orationis pene
ɔtinue mēte tenē At poſtq̄ cordis
humerum ſarcine paſtorali ſupposu

i. colligere ſe ad ſemetipſum aſſidu
e non poteſt animus. quia ad mul
ta ſpargitur Cogor namq modo
eccleſiarum . modo monaſteriorū
cauſas diſcutere. ſepe ſingulorum
vitas actuſq penſare . modo que
dam ciuiū negocia ſuſtinere . modo
de irruentibus barbaroꝝ gladijs
gemere . et cōmiſſo gregi inſidian
tes lupos timere. modo rerum curā
ſumere ne deſint ſubſidia eis ipſis
quibus diſcipline regula tenetur.
modo raptores quoſdam equani
miter perpeti. modo eis ſub ſtudio
ſeruate caritatis obuiarē Cum ita
q ad tot et tanta cogitanda ſciſſa
ac dilaniata mens ducatur quādo
ad ſemetipſam redeat. vt totam ſe
in predicatione colligat . et a pro
ferendi verbi miſterio non recedat.
Quia autem neceſſitate loci ſepe
viris ſecularibus iungor. nonnūq̄
michi lingue diſciplinam relaxo.
Nam ſi in aſſiduo cenſure mee ri
gore me teneo . ſcio quia ab infir
mioribus fugior . eoſq ad hec q̄d
appeto nunq̄m traho . Unde fit
vt eorum ſepe et ocioſa pacienter
audiam . Sed quia ipſe quoq in
firmus ſum. et in ocioſis ſermoni
bus pauliſper trac9 libenter iam
ea loqui incipio. que audire ceperā
inuitus . et vbi tedebat cadere li
bet iacere . Quis ergo ego vel
qualis ſpeculator ego ſum . qui
non in monte operis ſto . ſed ad
huc in valle infirmitatis iaceo.

Potens est vero humani generis
creator ⁊ redemptor indigno m̄ ⁊ vi
te altitudinē ⁊ lingue efficatiam
donare. pro cuiꝰ amore in eius e
loq̄o nec m̄ parco. Esse ergo spe
culatoris vita ⁊ alta debet semꝑ
⁊ circūspecta. Ne enim terrenarū
rerū amori succūbat alta sit. ne oc
culti hostis iaculis feriatur ex omī
latere circūspecta. Neq; hoc specu
latori sufficit. vt altum viuat. nisi
et vt loquendo assidue ad alta au
ditores suos pertrahat. eorumq;
mentes ad amorem celestis patrie
eloquendo succendat. Sed tūc hec
rite agit cū lingua eiꝰ ex vita arse
rit. Nam lucerna que in semetipā
nō ardet. eam rē cui supponitur nō
accendit. Hinc eni de iohanne ve
ritas dicit Ille erat lucerna ardēs
⁊ lucēs. ardēs videlicz ꝑ celeste de
siderium. lucens per verbū. Vt ergo
seruetur veritas p̄dicandi. teneat̄
necesse est altitudo viuendi. Vnde
recte quoq; sancte ecclesie sponsi
voce in cantico canticorum dicit̄r
Nasus tuus sicut turris libani.
Que rogo laus est fratres mei?
vt sponse nasus turri cōparet̄? Nisi
quia per nasū semper odores feto
resq; discernimꝰ? quid per nasū ni
si speculatorū discretio designat̄?
Qui nimirū nasus ⁊ sicut turris
esse ⁊ libani dicitur. quia videlicet
p̄positorū discretio ⁊ munita semꝑ
debet eē ex circūspectiōe. ⁊ i altitu
dine vite cōsistere id est in valle in
fimi opis non iacere. Dicit enī
turris in monte idcirco ad specula
dū ponitur. vt hostes qui veniunt
longius videant. sic predicatoris
vita semper in alto debet fixa per
manere. ut more nariū discernat
fetorem viciorū. odoresq; virtutū.
incursus malignorū spirituū lōge
prospiciat. et commissas sibi aīas
per suā prouidētiā cautas reddat.
Sequitur. Et audies ex ore me
o verbū. ⁊ annūciabis eis ex me.
Ecce iterū monetur ꝓpha. ne pre
sumat loqui quod nō audierit. sed
prius aure cordis aperiat voci cre
atoris. ⁊ postmodū os sui corporis
aperiat auribꝰ plebis. Vnde aliꝰ
ꝓpheta dicit. Inclinabo ad simili
tudinē aurē meā. aꝑiā in psalterio
ꝓpositionē meā. Qui eni recte pre
dicat. prius sicut dictū est. aurē cor
dis locutioni intime īclinat. ut pꝰ
modū os corporis in propositione
āmonitiōis aꝑiat. Sequitur Si
dicente me ad impiū. morte morieris
⁊ nō annūciaueris neq; locutus fu
eris vt auertatur a via sua impia
⁊ viuat. ipse impius in iniq̄tate sua
morietur. sanguinē aūt eiꝰ de ma
nu tua requirā In quibus verbis
quid nobis notandū est: quid sol
licite cogitandū? nisi quia nec sub
iectus ex culpa prepositi moritur:
nec p̄positus sine culpa est. qn̄ ver
ba vite non audiens ex sua culpa
moritur subiectus? Impio etenim
mors debetur. sed et ab speculatore
via vite annūcianda est. ⁊ eius im
pietas increpanda. Si vō speculator

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

taceat. ipſe impius in iniquitate ſua
morietur: quia impietatꝭ ei9 me
ritũ fuit vt dign9 non eſſ; ad quẽ
ſpeculatoris ſermo fieret. ſed ſan
guinẽ ei9 dñs de manu ſpeculato
ris requirit: qꝛ ipſe hũc occidit qui
eũ tacẽdo morti ꝑdidit. In quib9
vtruꝫ pēſandũ eſt q̃tũ ſibi cõnexa
ſũt peccata ſubditoꝝ atq; p̃poſito
rũ. quia vbi ſubiect9 ex ſua culpa
moritur: ibi is qui preeſt qm̃ tacu
it reus mortꝭ tenetur. Penſate er
go fr̃es cariſſimi pēſate: quia ⁊ q̃
nos digni paſtores non ſum9 cã
ex veſtra culpa eſt. quib9 tales pre
lati ſum9. Et ſiqñ vos ad iniqui
tatẽ defluitis. etiam ex nr̃o reatu
eſt. quos obſiſtentes atq; reclamã
tes in prauis deſiderijs nõ habe
tis. Vobis ergo ⁊ nobis paratis
ſi a prauo ope ceſſatꝭ: vobis ⁊ no
bis paramus. qñ hoc quod diſpli
cet non tacem9. O q̃ liber a com
miſſoꝝ ſibi ſanguine fuerat p̃dica
tor egregius. qui dicebat. Mũd9
ſũ a ſanguine omniũ: non enĩ ſub
terfugi quo min9 annũciarẽ omne
conſiliũ dei vobis. Si enim non
annũciaſſet: mundus a ſanguine
non eſſ;. Sed quib9 om̃e conſiliũ
dei annũciare ſtuduit: ab eoꝝ ſan
guine mundus fuit. In qua voce
nos conuenimur. nos conſtringi
mur. nos rei eſſe oſtendimur q̃ ſa
cerdotes vocamur. q̃ ſuꝑ ea mala
q̃ ꝓpria habem9 alienas quoꝝ mor
tes addim9: quia tot occidimus.
quot ad mortẽ ire cotidie tepidi ⁊
tacẽtes videm9. Cũ vero dicitur
ſanguinẽ autẽ eius de manu tua
requirã: ſi hꝭ in loco ſanguinis no
mine mors corporis deſignatur.
valde nobis de noſtro ſilẽtio auge
tur met9: qꝛ ſi in ſubiectis ſuis is
qui p̃latus eſt ad ſpeculandũ etiã
de morte corporis q̃uis morituri
tã grauiter reus tenet̃. quo reatu
de morte anime ſubiecti conſtringi
tur. q̃ potuiſſet ſemꝑ viuere ſi vba
correptionis audiſſ;. Sed meli9
poſſunt ſanguinis nomine peccata
ſignari. Vnde quidã cũ peccata car
nis defleret. dixit. Liberã me de ſan
guinibus deus deus ſalutis mee.
Sãguis gͦ morientis de manu ſpe
culatoris req̃rit̃: qꝛ peccatũ ſubditi
culpe p̃poſiti. ſi tacuerit reputatur.
Eſt ergo quod faciat: vt eciã mo
riente ſubdito ſe liberum reddat.
Surgat inuigilet. malis actibus
ꝯtradicat: ſicut ſcriptũ eſt. Diſcur
re. feſtina. ſuſcita amicũ tuũ. ne de
deris ſompnũ oculis tuis. nec dor
mitẽt palpebre tue. Vñ hic quoq;
addit̃. Si aũt tu ãnũciaueris impio
et ille nõ fuerit cõuerſus ab impi
etate ſua. et a via ſua mala. ipſe
quidem in impietate ſua moriet̃:
tu autem animã tuã liberãſti. Tũc
ergo ſubiectus moritur ſine te:
qñ in cauſa mortꝭ contradictorẽ ꝑ
tulerit te. Nã morti cui nõ cõtradi
cis: adiũgeris. Et notandũ que
ſũt q̃ debeat a ſpeculatore p̃dicari
nimirũ fides et opacio. Nam ait.
Si autem tu ãnũciaueris impio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ille non fuerit ꝯuerſus ab impi
etate ſua·et a via ſua impia· Im
pietas quippe ad infidelitatē ꝑti
net· Via vero impia ad prauā ac
tionem Et oīs ſpeculator hoc ha
bere debet ſtudiū·vt ꝑus ad pieta
tem fidei· poſtmodū ad viā piam
id ē ad bonā actionē trahat· Sed
quia ad exhortatioēm ſermo ſe in
tulit·innoteſcere breuit̄ debemus
in ore paſtoris quātus debeat eſſe
ordo·atq₃ conſideratio locutionis·
Penſare eteni doctor debet q̄d loq̄
tur·cui loquat̄·qn̄ loquatur· qua
liter loquat̄·q̄ntū loquatur· Si e
nim vnū horū defuerit·locutio ap
ta nō erit· Scriptū quippe eſt Si
recte offeras·recte aūt non diuidas
peccaſti·Recte aūt offerimus·cū
bono ſtudio bonū opus agimus·
Sed recte nō diuidim9· ſi habere
diſcretioēm in bono ope poſtpona
m9 Conſiderare eteni debem9 q̄d
loquamur·vt iuxta pauli voc̄ ſer
mo noſt̄ ſemꝑ in grā ſale ſit condi
tus· Penſandū vero nobis eſt cui
loquamur·quia ſepe increpatiōis
verbū quod hec admittit perſona
altera non admittit·et ſepe ipā ea
dem perſona ſcd̄m factū fit altera
Vnde nathā ꝓpheta dauid p9 ad
ulteriū forti increpatiōis ſentētia
percuſſit· qui cū de raptore ouis
diceret· filius mortꝭ eſt vir qui fe
cit hoc·ei protin9 reſpondit dicens
Tu es ille vir· Cui tn̄ cū de ſa
lomonis regno loqueretur· q₃ cul
pa defuit·ei ſe humiliter in orōne

proſtrauit In vna ergo eademq₃
perſona quia cauſa diſpar extitit·
eadē ſermo ꝓpheticus diſſimilis fu
it· Penſandū quoq₃ eſt·qn̄ loqui
debeam9· quia ſepe ⁊ ſi differtur
increpatio poſtmodū benigne ſuſci
pitur·⁊ nōnūq̄ langueſcit·ſi hoc
quod ante proferri debuit temp9
amiſerit· Nam ⁊ ſapiens mulier
nabal ebriū videns· increpare de
culpa tenacie noluit· quē digeſto
vino increpatiōis ſue verbis vtili
ter percuſſit· Et ꝓpha adulantiū
linguas nō eſſe in ſubſequēti tem
pore differēdas annūciat·qui ait·
Confūdātur ſtatim erubeſcentes·
qui dicūt m̄ euge euge· Adulatio
eteni ſi vl̄ ad temp9 pacienter ſuſci
pitur augetur·⁊ paulisꝑ dimulcet
aīm· vt a rigore ſue rectitudinis
molleſcat in delectatioē ſermonis
ꝙ ne creſcere debeat·ſtatī eſt ⁊ ſine
mora ferienda Penſādū quoq₃ no
bis eſt·q̄liter loquamur· Nam ſe
pe verba q̄ hunc ad ſalutē reuocāt·
aliū vulnerāt· Vnde paulus quo
q₃ aplūs qui tytū ammonet dicēs
argue cū oī imperio· thimotheū
exhortatur dicens· argue obſecra
increpa· in oī paciencia ⁊ doctrina
Quid eſt hoc q̄d vni iperiū·⁊ alte
ri pacientiam precepit·niſi q᷑ vnū
lenioris· alterū vero feruentioris
ſpūs eſſe ꝯſpexit ꝰ Teni ꝑ auctori
tatē impiū iūgenda erat ſeueritas
verbi·is aūt qui ꝑ ſpm̄ feruebat·ꝑ
paciencia tēperandus fuerat·ne ſi
plus iuſto inferueſcēt nō ad ſalutē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ vulneratā reduceret: ſed ſana vul
neraret. Curandū quoqꝫ eſt quā
tū loquamur: ne ſi ei qui multū
ferre nō valet verbū vł exhortati
onis vł increpationis lōgius tra
ham9: noſtrū auditorē ad faſtidi
um ꝑducam9 Unde iſtē egregi9
ꝑdicator hebreis loq̄tur dicens.
Obſecro vos frēs: vt ſufferatiꝭ v
bū ſolacij: etenī ꝑpaucis ſcripſi vo
bis Hoc tamē infirmis ꝑpue cō
gruit vt pauca q̄dem et que cape
ꝑualent audiant: ſed que eorum
mentes in penitentie dolorē ꝯpun
gant. Nam ſi eis vno tēpore ex
hortationis ſermo fuerit multipli
citer dict9: qꝛ retinere multa nō va
lent ſimul omnia amittūt Unde
et mediā corporū pānos quos in
firmantib9 ſtomachis ponūt ap
to quidem medicamine ꝫ ſubtili
ter liniunt: ne ſi repleti multo me
dicamine fuerint īfirmitatē ſtoma
chi non roborantes adiuuēt: ſed
opprimentes grauent Sciendum
tamē qꝛ et ſi quādo modū ſuū ſer
mo ꝓlixior trāſcat: periculoſum hoc
auditoribus nō eſt: ſi aūt qualiꝭ
quid dicatur et quibus dicaꝭ non
vigilanter aſpiaꝭ: valde periculoſū
eſt Uerecūde etenī mētes ſi quas
forte culpas admiſerīt. leniter ar
guēde ſūt: qꝛ ſi aſper9 increpēt:
frangūtur potius q̄ erudiantur.
At ꝯtra mētes aſpere atqꝫ īpudē
tes ſi increpate leniꝭ fuerīt ad ma
iores culpas ipā lenitate ꝓuocaꝭ.
Qd bene in eodē egregio ꝑdicato
re diſcim9: qui cū chorīthios cog
noſceret ꝓ amore ꝑſonaꝝ ī ſciſma
te diuiſos: eoꝝ vero cū dic ꝯſulēs
locutionē ſuā eis cū graꝝ actione
et laudib9 cepit dicēs Grās ago
deo meo ſemꝑ ꝓ vobis in grā dei
q̄ data eſt vob in xp̄o ihesu: qꝛ in
oībus diuites facti eſtis in illo in
omni v̄bo et in oī ſciētia: ſicut teſ
timoniū xp̄i ꝯfirmatū eſt in vob
Qui adhuc ſubiūgit et dicit: ita vt
nichil vobis deſit in vllo gracia:
expectātib9 reuelationē iheſu criſ
ti dn̄i nr̄i. Queſo te paule: ſi iam
nichil deeſt cur eis fatigaris ſcri
bendo? Cur in lōginquo poſitus
loqueris? Penſem9 rogo frēs ca
riſſimi: quātum laudat. Ecce eis
grām dei datam aſſerit: factos in
omnibus diuites in ōni v̄bo ꝛ in
omni ſciēcia dicit xp̄i teſtimoniū
id eſt qd̄ de ſemetipſo moriendo ꝛ
reſurgendo teſtat9 eſt in eoꝝ vita
confirmatū eſſe ꝑhibet: et nichil
eis deeſſe ī nulla grā teſtaꝭ Quis
rogo credat qꝛ paulopoſt eos corri
piat: quos ita laudat? Nam poſt
cetera ſubiūgit. Obſecro aūt vos
frēs ꝑ nomē domini nr̄i iheſu xp̄i
vt idipm̄ dicatiꝭ omēs: et nō ſint
in vob ſciſmata. Quid enī potuit
tam ꝑfectis tamqꝫ laudabilib9 ſciſ
ma ſubripe? Significatū eſt enim
m̄ de vob frēs mei ab hijs qui ſūt
cloes: qꝛ ꝯtentiōes ſint inꝭ vos.
Hoc aūt dico: qd̄ vnuſq̄ſqꝫ veſtrū
dicit Ego q̄dem ſū pauli: ego aūt
appollo. ego vō cephe: ego aūt xp̄i

Ecce quos in omni v̄bo et in om
ni ſciencia laudauerat· quib9 nich
il deeſſe in vlla grā dixerat· pau
liſper loquens·ad increpādū leni
ter veniens· diuiſos ergo ſeipſos
reprehendit· ⁊ quorū ſalutem pri
us narrauerat· p9 modū vulnera
patefecit Perit9 eni medicus vul
nus ſecandū videns· ſ; egrū timi
dū eſſe conſpiciens·diu palpauit·
⁊ ſubito percuſſit· Prius blandā
manū laudis poſuit·et poſtmodū
ferrū increpationis fixit· Niſi eni
verecūde mentes fuerint palpādo
rep̄henſe·ita vt ex alijs rebus au
diant qd in cōſolationē ſumant ꝑ
increpatioēȝ ꝑtin9 ad deſperatioēȝ
cadūt· Sed nūquid mentitus eſt
paulus· vt prius eis nichil deeſſe
in oī grā diceret·quibus poſtmodū
dicturus erat vnitatem deeſſe?
Abſit hoc· Quis de illo talia vel
inſipiens credat? Sed quia erant
inter chorinthios quidā oī grā re
pleti· ⁊ erāt quidā in perſonarū fa
uoribus exāſi·cepit a laudib9 per
fectorū· vt modeſta inuectione ad
rep̄henſioēm pertingeret infirmo
rū·⁊ in hoc quoqȝ ad medicinā cor
dis a medicina corꝑis vſū trahēs
Nam cū feriendū vuln9 medic9
aſpiciāt·p̄us ea membra que circa
vulnus ſana ſūt palpat·vt p9 ad
ea que vulnerata ſunt leniter pal
pādo perueniat·Cū ergo paul9 ꝑ
fectos in chorinthijs laudauit·ſa
na membra iux̄ vuln9 tetigit·Cū
vero īfirmos de diuiſione rep̄hen
dit· vuln9 in corpore percuſſit· Vi
deam9 tn̄ hunc ipſū qui tanta mo
deſtia atqȝ manſuetudine ad corri
piendos chorinthios vtatur· quali
ter ꝯ galathas qui a fide diſceſſe
rāt exercetur· Nulla enim modeſti
e paciencia p̄miſſa· nulla locutio
nis dulcedine p̄rogata·eos quos
a fide diſceſſiſſe ꝯgnouit·ab ipō e
piſtole ſue exordio inchoando redar
guit·nā p̄miſſa ſalutatione ſic ce
pit·Miror q̄ ſic tā cito trāſferimi
ni ab eo qui vos vocauit in gracia
criſti· Quibus eciam aperta incre
patione poſt cetera ſubiūgit· O in
ſenſati galathe? quis vos faſcina
uit? Mentes eni dure niſi aꝑta
eſſent icrepatioē ꝑcuſſe· nullo mō
malum ꝯgnoſcerēt quod egiſſent
Nam ſepe hij qui impudentes ſūt
tantū ſe peccaſſe ſentiūt· q̄ntū de
peccatꝭ q̄ fecerunt increpātur·ut mi
nores culpas ſuas exiſtimēt quas
minor īuectio caſtigat· et quas ve
hemēter obiurgari viderint·maio
res eſſe dep̄hendūt· Unde neceſſe
eſt vt ſermo p̄dicantꝭ ſemꝑ cū au
ditorū debeat qualitate formari·
ne aut verecūdis aſpera aut impu
dentib9 lenia loquat᷑· Quid aūt
mirū? ſi hoc verbi dei erogator fa
ciat? cū et agricola qui ſemen in t̄
rā mittit· p̄us terre qualitatē ꝓui
deat? quib9 ſeminib9 apta videat᷑?
⁊ poſtq̄ qualitatē preuiderit? tunc
ſemina aſpergit? Sed q2 de qua
litate doctrine locutioēm longius
traxim9· oportet ut ad eum quem

cepim9 exponēdi ordinē redeam9
Sed ⁊ ſi ꝯuerſus iuſtus a iuſticia
ſua fecerit iniquitatē: ponam offē
diculū corā eo. Ipſe morietur: qꝛ
non ānūciaſti ei In peccato ſuo mo
rietur: ⁊ non erūt in memoriā iuſ
ticie eius quas fecit: ſanguinē verò
eius de manu tua requirā. Quia
iuſto qui in peccato cadit p̄dicator
tacuit: eius ſanguine reus tenet.
Et qui ſollicitus eſſe non ſtuduit
in p̄dicatione: factus eſt ꝑticeps i
dāpnatione Sꝫ cū dicit in peccato
ſuo morietur. ⁊ non erūt in memo
riam iuſticie eius quas fecit: h̄ no
bis maxime ꝯſiderandū eſt. qꝛ cū
mala ꝯmittim9: ſine cauſa ad me
moriā bona nr̄a trāſacta reuocam9
Cū in ꝑpetratione maloꝝ nulla
debet eſſe fiducia bonoꝝ p̄teritoꝝ
Sed querī poteſt vtrū iuſto poſtq̄
ceciderit predicandū ſit: an et p̄uſ
q̄ cadat Inuigilare predicator de
bet ne ad caſū veniat: procul dubio
⁊ priuſq̄ cadat Nam ſequitur Si
autem tu ānūciaueris iuſto vt non
peccet iuſt9. ⁊ ille non peccauerit:
viuens viuet. qꝛ ānūciaſti ei. tu āt
animā tuam liberaſti. Si ergo p̄
dicator ideo animā ſuā liberauit.
qꝛ iuſto ne peccaret denūciauit: cū
iuſtus ad peccatū predicatore ta
cente ceciderit: predicator qꝛ tacuit
reus tenetur. Sed quis noſtrū er
go ad hec ſufficiat vt non ſolū pec
catores ſtudioſe corripiat: ſꝫ etiā
iuſtos inuigilet ne cadant: Nos ei
infirmitatis noſtre ꝯſcij. cū iuſtos
viros ꝯſpiciam9. admonere eos nō
p̄ſumim9: vt iuſticie viā teneāt.
quā qꝛ tenent videm9: ⁊ tamen
predicatoris eſt debitū etiā iuſtos
admonere. Unde predicator egre
gius dicebat Sapiētib9 ⁊ inſipiē
tibus debitor ſū In hijs vero oib;
q̄ de iuſto ad iniquitatē ꝯuerſo dcā
ſunt: hoc latet oīcioſū eſt ad loquēdꝫ
Hoc vero valde ꝑtimeſcēdū quod
dn̄s dicit Ponam offēdiculū corā
eo Ait enim Si ꝯuerſus iuſtus a
iuſticia ſua fecerit iniquitatē: ponā
offendiculū coram eo. Nos enim
dicimus qꝛ ſi iniquitatē fecerit offē
dit: ⁊ verū eſt oīo quod dicimus:
cur adhuc ei deus oīpotens offen
diculū ponet. quē iam impie egiſſe
⁊ cecidiſſe ꝑ iniquitatē quā ꝑpetra
uerit conſpicit: Sed diſtricta ſunt
oīpotentis dei iudicia. Et qui pec
catorē diu expectat vt redeat: non
redeūti atq; contēpnenti. ponit ad
huc vbi grauius īpingat Peccatū
quippe qd̄ ꝑ penitentiā citius non
delet: aut peccatū eſt. aut cauſa
peccati. ſil et pena peccati. Omne
ei qd̄ prius ꝯmittit. pc̄m eſt Sꝫ
ſi citius penitendo non tegit: iuſto
iudicio oīpotēs deus obligatū pec
catiꝫ mentē. etiā in culpam alterā ꝑ
mittit cadē Ut q̄ flēdo ⁊ corrigēdo
noluit mūdare quod fecit: peccatū
incipiat peccato cumulaē Peccatū
ergo quod penitentie lamēto non
diluitur. peccatū ſimul eſt ⁊ cauſa
pc̄ti: qꝛ ex illo oritur vnde adhuc
peccatoris anim9 altius obliget.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Peccatū vero quod ex peccato ſe
quitur· pc̄m ſimul eſt ⁊ pena pec
cati· qꝛ excreſcente cecitate ex retri
butione prioris culpe generatur·
vt quaſi iam quedā ſint in peccōre
ſupplicia ipā incrementa viciorum·
Fit vero nonnūq̄ ut vnū idemq̄ pec
catū ⁊ peccatū ſit· ⁊ pena peccati
ſimul ⁊ cauſa peccati· Ponamus
enim ante oculos quempiam rē ꝓxi
mi concupiſſe· quā quia aperte nō
valuit furto diripuit· ſꝫ in furti ac
cuſatione poſitus· ſe hanc diripuiſ
ſe iureiurādo denegauit· Huic er
go ꝯcupiſcentia peccatū fuit ⁊ cau
ſa peccati qꝛ per eam peruenit ad
rapinā· Ipſū vero furtū quo rē con
cupitā diripuit· et peccatū ei factū
eſt· ⁊ pena peccati· quia ex retribu
cione iam nō reꝓſſe concupiſcenti
e factū eſt vt veniret ad furtum· ⁊
culpa cordis excreſceret in ope ex
vltione cecitatꝪ Sed q̄a furtū per
iurio tegere curauit· ex peccato cur
ſū peccatū genuit· Furtū ergo qđ
ex concupiſcentia ꝓceſſit· ⁊ periuri
um ꝓtulit· peccatū ⁊ pena peccati
factū eſt culpe p̄cedenti· peccatū et
cauſa peccati culpe ſubſequenti· qꝛ
de illa natū hanc genuit· Ad hꝫ
paulꝰ aplūs de q̄buſdā deū intelli
gentibꝰ· ſꝫ nō honorantibꝰ inſinu
at dicēs· Cū ꝯgnouiſſent deū nō
ſicut deū glorificauerūt· aut grās
egerunt· ſꝫ euanuerūt in cogitatio
nibꝰ ſuis· Ecce eſt peccatū ⁊ cau
ſa peccati· ex qua tā quid ſequatur
adiūgit· Et obſcuratū eſt inſipiēs
cor eorꝫ· dicētes enī ſe eē ſapiētes
ſtulti facti ſunt· ⁊ mutauerūt glori
am incorruptibilis dei in ſimilitudi
nem ymaginis corruptibilis homi
nis· ⁊ volucrū· ⁊ quadrupedū ⁊
ſerpētiū Ecce eſt peccatū· ⁊ pena
peccati· Sed peccatū ſolūmodo et
pena peccati eſſꝫ· ſi non adhuc ex
hoc pctō ⁊ aliud ſeq̄ret Nā poſt īfi
delitatē eorꝫ ſubditur· Propt̄ qđ
tradidit illos deꝰ in deſideria cor
dis eorꝫ in imūdiciā· vt contume
lijs afficiāt corpa ſua in ſemetipis
Qui igitur agnoſcentes deū non
ſicut deū glorificauerūt· ex eo pec
cato ⁊ cauſa peccati· ad hoc quoqꝫ
perducti ſunt· vt ad cultū ſerpētiū
⁊ volucrū laberētur· Sꝫ quia per
hanc etiam cecitatem vſꝫ ad imun
diciam ⁊ carnis ꝯtumelias cecide
rūt· ipā infidelitatꝪ eorꝫ cecitas p̄
cedenti intellectui et peccatū eſt ⁊
pena peccati· ſbſequenti vero imū
dicie pc̄m facta eſt ⁊ cauſa peccati
Sꝫ qꝛ de hijs in librꝪ moralibus
diu tractatū ē· nob in eis nūc diucī
us imorandū nō eſt· Hoc aūt no
bis cū tremore ꝯſiderādū eſt· quō
iuſtus ⁊ oīpotens deus cū precā
tibus peccatꝪ iraſcitur· permittit
vt cecata mens etiam in alijs la
batur· Unde moyſi ait· Nondū ꝯ
pleta ſūt peccata amorreorꝫ· Da
uid quoqꝫ dicit Appone iniquitatē
ſuper iniq̄tatē eorꝫ· ⁊ non intrēt in
tuā iuſticiam· Propha etiam aliꝰ
dicit· Maledictū ⁊ mendaciū ⁊ ho
micidiū· ⁊ furtum· ⁊ adulteriū n

inundauerūt: ⁊ ſanguis ſanguinē
tetigit. Sanguis enim ſanguinē
tangit: qn̄ peccato peccatum addi
tur: vt ante dei oculos. adiunctis
iniquitatib9 anima cruentet̄ Pau
lus apoſtol9 ait Vt impleant pec
cata ſua ſemp̄. Johāni quoqz per
angelū dicitur. Qui nocet noceat
adhuc: et qui in ſordibus eſt. ſor
deſcat adhuc. Vnde nūc ezā dn̄s
dicit. Si cōuerſus iuſtus a iuſticia
ſua fecerit iniquitatē: ponam offen
diculū coram eo Ac ſi apte dicat.
Qui cor penitendo noluit vbi iam
impingit: iuſto eū iudicio deſerēs:
ponam ei vt et alibi impingat.
Quod tamen domini ponere eſt
nequaq̄ ad peccandū premere. ſed
nolle a peccato liberare: ſicut de
pharaone dicit̄ Ego indurabo cor
eius Non enim cor peccantis dn̄s
obdurat: ſ; obdurare dicitur: cum
ab obduratione nō liberat. Miſeri
cors enim deus. tp̄s nobis ad pe
nitentiā relaxat: ſ; cū gratie eius
paciencā nos ad augmentū verti
mus culpe: hoc ipſū temp9 qd̄ ad
parcendū pie diſpoſuit: diſtrictius
ad feriendum vertit Vt qz reuerti
quis eciam ſpacio tēporis accepto
noluerit: p̄ ipē mala ſua ad reatū
augeat: p̄ quod ea diluere potuit.
ſi cōuerti voluiſſ;. Vnde ſcriptū eſt
Ignoras qm̄ benignitas dei ad pe
nitentiā te adducit: Secundū du
riciam autē tuam ⁊ cor impenitēs:
theſaurizas tibi iram in die ire: ⁊
reuelationis iuſti iudicij dei. De

benignitate ergo oīpotētis dei irā
ſibi in die ire reprob; theſaurizat:
qz dū ad penitendū tp̄s accipitur
et ad peccandū exhibetur: ipſū re
mediū grē vtit in augmentū culpe
Vnde oīpotens deus qz collata
remedia ꝯſpicit ad culpe augmētū
trahi: ipſam benignitatē quā ꝯtu
lit in iudicij diſtrictionē vertit: vt
inde poſt āplius feriat: vnde modo
āplius expectat Et qz hō malum
deſerere nō vult vt viuat: augeat
vn̄ moriat̄ Sz ſiue iuſt9 in culpā.
ſiue peccator in mortē corruat: ſpe
culatori timēdū eſt. ne hūc ex ſuo
ſilentio reatus peccantiū pariter in
uoluat Sz interim dū loquor. aū
tere a memetipſo oculos volo: ⁊
ecce iterū ſermo diuin9 me īpingit
in memetipſū: vt meā negligētiā
videā: ⁊ in dia h̄ q̄ audio ꝯtimeſcā
Dicit ei ſupius dixi: cuius cor in
curis innumeris expāſū. ſe ad ſe col
ligat: Qn̄ eteni poſſū. ⁊ ea q̄ circa
me ſt̄ ſollicite oīa curare: et memet
ipſū adunato ſenſu ꝯſpicere: Qn̄
poſſū prauoꝝ nequicias inſequēdo
corrigere. bonoꝝ actus laudando ⁊
admonēdo cuſtodire: alijs terrorē
atqz dulcedinē demonſtrare: Qn̄
valeo ⁊ de hijs q̄ ſt̄ neceſſaria ſra
tribus cogitarē. et ꝙ hoſtiles gladi
os de vrb̄ vigilijs ſollicitudinē ge
rere: ne incurſicē ſubita ciues pere
ant puidē: ⁊ int̄ hec omīa ꝓ ani
maꝝ cuſtodia. plene atz efficacit̄
vbū exhortatiois īpēdē: Loq̄ etei
de deo: q̄ete valde ⁊ libē mēt̄ ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tunc namq̧ bene lingua dirigi
tur in ſermone· cū ſecure ſenſus q̄e
uerūt in trāquillitate· quia nec cō
cuſſa aqua ymaginem reſpiciētꝭ
reddit· ſꝫ tūc in ea vultus intēden
tis aſpicitur· cū nō mouetur Quā
ergo exhortationē vobis ſpecula
tor veſt̄ fr̄es kmi faciat ? quē tot
rerū confuſio perturbat? Certe is
de quo loq̇mur ꝓpheta reuelatioē
vltima templū videns· que in eo
dem templo cōſpexerit· int̄ cetera
narrat dicens Terra vſꝫ ad feneſ
tras· ⁊ feneſtre clauſe· Paulꝰ quo
q̧ apoſtolꝰ ait· Templū eni dei
ſcm̄ eſt qď eſtis vos· In hoc aūt tē
plo feneſtre ſacerdotes ⁊ ſpecula
tores ſūt· qui in populo fidcliū lu
men ſancte predicatiōis fundūt·
Sed cū terra vſꝫ ad feneſtras eſt
feneſtre clauſe ſunt· qꝛ cū terrena
cogitatio in ſacerdotū cordibus ex
creſcit· feneſtre lumen nō fundūt·
quia ſacerdotes ab officio predica
tiōis obmuteſcūt· Et eſt aliud in
ordine ſacerdotū valde graue· quia
nō ſicut hij qui vitā q̇etē ac remo
tā ducūt· fixi valent in ſua cogita
tione ꝑmanere· Hij eni ſicut ⁊ ſu
perius diximus· qui a loco regimi
nis longe ſūt poſſūt peccatoꝝ ſuo
rū maculas ⁊ fletibꝰ lauare· et pꝰ
fletus in eodē mentis merore per
ſiſtere· ſicut de bona quoq̧ muliere
ſcriptū eſt · q̄ ad tabernaculū ora
uerat· ⁊ ab intētione ſua aīm poſt
ꝯpūctionis graciam non mutabat
cū dicitur· Vultuſꝫ eius nō ſunt ā
pliꝰ in diuerſa mutati· In qua no
bis ꝯſideradū eſt· quia ſi ſic planx
it mulier q̄ querebat filiū ? quō de
bet plāgere aīa q̄ querit deū? Sa
cerdos vero eciā poſt ꝯpūctionē ac
lacrimas· cogitur neceſſaia queq̧
filiorū ſuorū cognoſcere· ⁊ ea que
refugit aīo pacien ter audire· atq̧
pꝰ ſuſpiria celeſtiū· quorūlibet car
naliū hominū onera portare· et ſe
ꝑe cū ſupuenientibus coꝛ in diuer
ſa qualitate trāſfūdere· Nam ali
qn̄ de lucris ſpūalibꝰ gaudet Sꝫ
cū quilibet merēs ſuperuenerit· ni
ſi eius merorē in ſe ſuſceperit · tri
bulationi illius compatiens nō ē
Et aliqn̄ de dāpnis aīarū luget·
et repēte ſupueniūt qui de q̇buſdā
ſuis ꝓſperitatibus letātur· quoꝝ
letiac ſi ſacerdos nō congaudeat·
minus amare credit̄ filios· in quo
rū gaudio non exultat· p̄ſertim cū
paulus dicat· Gaudere cū gaudē
tibꝰ· flere cū flentibꝰ Nichil ergo
tā onerosū in ordine ſacerdotū vi
deo q̄ꝫ rigorē mētis compaciendo
flectere· ⁊ cū perſonis ſupuenienti
bus aīm mutare· Et tn̄ hꝫ valde ē
neceſſariū· nam qn̄ ex predicatio
ne eius ad boni opis grām pecca
tor redu itur · ſi ipſe qui predicat
videtur igratus? Unde per hunc
quoq̧ eundē ꝓpham in extrema ꝑ
te dicitur· vt cū ſacerdotes intrinſe
cus miniſtrāt· veſtibꝰ laneis nō v
tantur De quibꝰ ſubditur· Cum
q̧ egredientur atriū exteriꝰ ad po
pulū· exuent ſe veſtimentꝭ ſuis in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quib9 miniſtrauerāt· et reponēt ea
in gazophilacia ſanctuarij· Groſſi
ora quippe ſunt lanea veſtimenta·
Sed cū ſacerdos ad ſanctū miniſ
teriū accedit: cū intus ꝑ cōpuncti
onem ingreditur ⁊ ſubtilioꝛi intel
lectu neceſſe ē· quaſi lineo veſtimē
to veſtiatur· Sz cū ad ꝓplm̄ foꝛas
egreditur· opoꝛtet vt veſtimēta in
quibus intrinſecus miniſtrauerat
reponat: atqꝫ populo alijs veſtibꝫ
indutus appareat· Quia ſi in com
punctionis ſue rigoꝛe ſe teneat· ſi
in eo quem orationis tempoꝛe ha
buit meroꝛe perduret: exteriorum
verba ſuſcipere non admittit· Et
quid grex de neceſſarijs faciat ⁊ ſi
audire atqꝫ ꝑpendere et hoc quod
preſens tempus exigit paſtoꝛ recu
ſat⁊ Groſſioꝛa ergo veſtimenta ſa
cerdos exiens ante populum indu
at: vt mentis ſue habitū pro vti
litate filioꝛum eciam ad terrena to
leranda componat· Penſate ergo
fratres cariſſimi q̄ntus ſpeculatoꝛi
laboꝛ ſit: et ad ſublimia coꝛ tende
re⁊ ⁊ hoc repente ad ima reuocarē:
et in ſublimitate cogīcionis intime
extenuare animū⁊ ⁊ ꝓpter exterio
res cauſas proximoꝝ· vt ita dicam
ſubito in cogitatione craſſeſcere·
Non ergo michi modo neceſſe eſt
ꝓphete verba exponē: ſed meam
coꝛam vobis miſeriam deflere· Vn̄
peto vt veſtra me oratio talem fa
ciat: qualis et michi valeam ⁊ vo
bis prodeſſe· Potens eſt indigno
michi ⁊ infirmo ex veſtra intercéſſi

one iſta tribuere⁊ q̄ ex ſua pietate
ꝓ nobis dignatus eſt infirmari·
Virtus enim dei eſt atqꝫ ſapiētia·
que noſtram infirmitatē ſumpſit:
vt ex ſua nos infirmitate roboraret⁊
iheſus xp̄s dn̄s noſter· qui viuit
⁊ regnat de9· ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ
Amen· ¶ Explicit omelia xi·
¶ Incipit omelia duodecima·

Eruata veritate hyſto
rie· diuina eloquia ali
quādo ex tpe· aliqn̄ ex
loco cauſas deſignāt:
quas apto ſermone non indicant
Ex tpe etenim ſicut ꝑdicante iude
is dominico· ꝑ euangeliſtā dicitur·
hyemps erat Inter illa enim miſ
teria que veritas loq̄batur: que
cauſa fuit vt nomē hyemis adde
retur⁊ niſi vt ꝑ qualitatē tempoꝛis
oſtenderet frigus coꝛdis⁊ Quia ⁊
cū verba veritatꝪ acciperēt: frigida
iudeoꝝ coꝛda remanebant· Aliqn̄
vero ex loco⁊ ſicut carnali iſrlitico
populo deſcendēte de monte moyſi
lex in campeſtrib9 data eſt: et ſc̄is
apoſtolis dn̄s in monte ſedens ⁊
ſūma ⁊ ſpiritualia p̄cepta locutus
eſt: vt ex locꝪ videlicꝫ mōſtrarēt·
quia et illis tanq̄ carnalib9 man
data minima dabantur in valle te
renatū ⁊ et iſti tanq̄ ſpirituales ⁊
ſancti in monte mādata celeſtia au
dirent: q̄tin9 apte mōſtrarēt q̄ aſ
cendētes coꝛde ad celeſtia· infirma
mūdi relinq̄rēt⁊ ⁊ in mētꝪ culmine
ſtarēt· Vn̄ nūc ezechiel ꝓpheta q̄
iubētē deo in locꝪ egerit deſcribit:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt per locorum qualitates indicet
quid i posteru͂ de ꝓphie misterijs
sequeretur. Ecce eni͂ dicit. Facta est
super me manus dni͂. et dixit ad
me. Surge et ingredere in campu͂.
⁊ ibi loquar tecu͂. Quid est hoc qđ
prius dominus in medio isrlitaru͂
locutus ad ꝓpheta͂ suu͂ fuerat. ⁊
tamen postmodu͂ dicit. egredere in
ca͂pu͂ ⁊ ibi loquar tecu͂. nisi qꝛ ꝓphe
tie sue gra͂m ⁊ prius iudee i͂fudere
⁊ hanc postmodu͂ dignatus est in
latitudine gentiu͂ demo͂strare? Ne
qꝫ enim i͂merito per ca͂pum gentili
tas designatur q̄ longe lateqꝫ id
est in vniu͂so mu͂do distenditur. Vn͂
et subditur. Et surgens egressus
su͂ in campu͂. et ecce gloria domini
stabat. quasi gloria qua͂ vidi iuxta
flumen chobar. In campo gloria͂
domini propheta vidit qua͂ iuxta
flumen chobar in medio isrlitaru͂
viderat. qꝛ ipa͂ eius maiestas gen
tibꝰ apparuit q̄ prius se electis in
iudaico populo reuelante spu͂ decla
rauit. Sequitur Et cecidi in facie͂
meam. Visa gloria domini in faci
em ꝓpha cadit. qꝛ quis ho͂ ad in
telligenda sublimia leuatur. ex con
templatione tamen maiestatis dei
infirmitate͂ sue ꝯditiois intelligit.
⁊ quasi statu͂ non habet. qui se an
te dei oculos esse cinere͂ ⁊ puluere͂
vidit. Sequitur ⁊ ingressus est in
me spu͂s. et statuit me sup͂ pedes
meos. Cu͂ nos humilit̃ deo ster
nimur. cu͂ e͂e nos puluere͂ cinere͂qꝫ
cognoscimꝰ. cu͂ infirmitate͂ ꝯditio

nis ꝓprie pe͂sa͂tes statu͂ rigiditatis
⁊ superbie no͂ habemus. oi͂potens
deus per suu͂ nos spm͂ leuat ⁊ sup͂
pedes nr͂os statuit. vt qui humili
ter apđ nos ex i͂firmitatis nr͂e cog͂
tioe͂ iacuimꝰ ⁊ iacęꝰ. in bono pꝰ o
pere quasi sup͂ pedes ex rectitudine
stemus. Qđ aut̃ in ca͂po de ꝓpha
agitur. nisi vt specialit̃ designetur
quia eca͂ cla͂s gentiu͂ spu͂s sa͂ctꝰ
daturus eẜ. qui eos quos assume͂t
⁊ prius a superbie statu deiceret.
⁊ postmodu͂ super pedes suos id e͂
sup͂ bona opa solidaret? Dicit per
paulu͂ dicitur. Remissas manꝰ et
dissoluta genua erigite. ⁊ gressus
rectos facite pedibus vestris. Seq͂
tur. Et locutus est m̃. ⁊ dixit ad
me. Ingredere ⁊ includere in medi
o domꝰ tue. Quid est qđ de medio
isrlitico populo ꝓpha ad campu͂ e
ducitur. atqꝫ ad domu͂ postea de ca͂
po reuocatur. nisi qꝛ predicationis
gra͂ a iudaico populo ablata. in la
titudine͂ gentilitatis spersa est. sed
tn͂ in fine mu͂di du͂ iudei ad fidem
redeu͂t. quasi ad domu͂ ꝓpheta re
ducitur. vt in suo populo rursus p͂
dicatio inhabitet. q̄ modo velut in
campo ita in diuersis gentibus ful
get? Scriptu͂ quippe est. Donec
plenitudo gentiu͂ introiret. et sic o͂
nis israel saluus fieret. Quia ⁊ p͂
aliu͂ ꝓpham dicitur. Si fuerit nu
merus filiorum israel quasi arene
maris reliquie salue fient. Exeat
ergo ꝓpha de medio populi ad ca͂
pu͂. de ca͂po redeat ad domu͂. vt et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

predicatio que iudee facta eſt egre
diatur in gentes: et repletis fide
gentib9 recipiat iudea ſpiritualis
doctrine dona que amiſit. Includi
autem propheta in medio domus
ſue precipitur: quia ātixpi tempo
re ab eis gentibus que in infideli
tate remanſerint plebs conuerſa
iudeoꝝ duris perſecutionibus an
guſtatur. Unde ſcriptum eſt. Atri
um autē quod eſt extra templum
eice foras. et ne metieris eū: quōm
datum eſt gentibus: et ciuitatem
ſanctam calcabūt mēſib9 quadra
ginta duobus. Et tu fili hominis
ecce data ſūt ſuper te vincula: et li
gabūt te in eis: et non egredieris
in medio eoꝝ. Et linguā tuā adhe
reſcere faciam palato tuo: et eris
mutus nec quaſi vir obiurgans:
quia domus exaſperans eſt. Que
videlicet verba ſi per typice expoſi
tionis ordinem ſequimur prophe
ta in domo ſua vincula ſuſcipit et
ligatur: quia in extremis cum iu
dea crediderit. grauiſſimas ātixpi
tempore perſecutiones ſentit: ita
vt p̄dicationes ei9 miniſtri iniqui
tatis non recipiant: ſed reſiſtendo
has vinculis doloꝝ premāt. Et
in medio eoꝝ non egredietur: qꝛ
ad corda p̄uoꝝ p̄dicacio nō pueniet:
dū lingua bonoꝝū ligata tribula
cionibus tacet. Erūt etenim tunc
multi ex iudeis infidelibus: qui e
os dē ipſos qui ex iudeis crediderīt
perſequētur. Unde notandū eſt ꝙ
hic quoq; dicatur quia in domo ſua

propheta vincula ſuſtineat: ut vi
delicet deſignetur quō et ex ipō ſu
o genere iudea cū fidelis fuerit tri
bulationē pſecutionis portet. Dū
eni vnigeniti ſ ſimi patris incar
natus ac mortuus reſurrexiſſe ac
aſcendiſſe creditur ad celos ſicut
per ſacre ſcripture paginas predi
catur. nimirū apud eos ꝓphecia
ligata erit: q̄ ſi ita vt dicitū eſt in
eoꝝ intellcū decurreret: quaſi greſ
ſus liberos ſue p̄dicationis habu
iſſz. Reprobis ergo tūc p̄dicatoꝝ
ſāa tacere ꝯpellitur. Vn̄ et hic ſub
ditur. Et linguā tuā adhereſcere
faciam palato tuo: et eris mutus.
nec quaſi vir obiurgās: qꝛ dom9
exaſperās eſt. Sed quia enoch et
helya p̄dicāte multi ex hijs q̄ tūc
ex iudeis in infidelitate ꝛmanſerīt
ad cognitionem veritatꝭ redeūt. ſi
cut de eodē helya dicitur. helyas
veniet et ipſe reſtituet omnia. qui v
triq; per zachariā due oliue et per
iohannē duo cādelabra nominātꝰ
recte hic quoq; ſubiūgitur. Cū autē
locutus fuero tibi aperies os tuū
et dices ad eos. Hec dicit dn̄s de
us. Tūc enim in extremo os p
phe aperit. cū in p̄dicatioē enoch
et helye a iudeis ad fidē redeūtib9
ꝓphecia ſacri eloquij de xp̄o fuiſſe
cognoſcitur. Sed quia hec typice
diximus: nūc verba eadem caritati
veſtre moraliter diſſeram9. Quid
eſt eni ꝙ exire ꝓpha ad capū iube
tur: niſi ꝙ vnuſquiſq; q̄ p̄dicat ꝓpē
eos quos extra ſe poſitos corrigit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atq; ab iniquitate ꝯpeſcit. loquen
do ad campū exit. ibiq; glãz dei vi
det? Qui tanto largius doctrine
graciam percipit. q̃to ſe in labore
p̄dicationis ex amore pximoꝝ te
dit. Foras ergo exeundo in altū
viſione ducitur. quia vnde in alie
nis cordib9 ignorantie cecitatem
miniſterio ſue locutiōis illuminat
inde eum ſuperna gracia in altioē
intelligentia exaltat. Sed q2 ſem
per p̄dicatoꝛ debet ad mentem re
currere humilitatē atq; mūdiciam
intrinſecus cuſtodire. poſt campū
neceſſe eſt vt ad domū redeat. qua
tinus in hijs q̄ dicit. qualis eciam
ipē ſit intra ꝯſciām agnoſcat. Si
enim aut hoc quod loq̃tur mīme
cuſtodit. aut de hijs q̄ loquitur te
poralem glãm requirit. loquendo
quidē ad campū exit. ſȝ nō cogitā
do ſemetipſū ad domū redire ꝯtemp
nit. Accepto enim ſpiritu in medi
o dom9 includimur. qn̄ per ei9 gra
ciam ad diſcutienda mentis nr̄e ſe
creta reuocamur. vt apud ſemetip
ſū in deo aīmus quieſcat. et non
iam per exteriores ꝯcupiſcentias
in appetitu laudis ꝛ glorie cogita
tionis mobilitate diſcurrat. De
hac domo cordis cuidā ſanato per
ſemetipſūm veritas dicit. Tolle ḡ
batū tuum. ꝛ vade in domū tuam.
Per ḡbatū quippe in quo carnis
eſt requies. ipſā caro ſignatur. per
domū vero ꝯſciencia figuratur. Et
quia cū in mente mortui in vicijs
iacem9. in carnis delectatione qui

eſcimus īfirmi portamur in lecto
Cū vero ſanati mente fuerim9. ut
iam pulſātib9 carnis vicijs reſiſta
m9. neceſſe eſt vt tēptationū cōtu
melias de nr̄a carne toleremus. E
go itaq; ad ſalutē reducto pcipi
tur. tolle grabatū tuū id eſt porta
lectū in quo portatus es. q2 neceſ
ſe eſt vt ſanatus quiſȝ portet cōtu
meliam carnis. in q̄ prius iacebat
egrotus. Q̄z eſt ergo dicere tolle
grabatū tuū ꝛ vade in domū tuā?
niſi porta temptationes carnis.
in quib9 hacten9 iacuiſti. ac reuer
tere ad cōſcienciā tuā. vt videas q̄
feciſti? Propheta igitur poſt cāpū in
domo includi pcipitur. vt predi
catoꝛ ſemp poſt grãz doctrine quā
proximis miſtrat ad ꝯſciām rede
at. ſeq; ipſū ſubtili examinatione
diſcuciat. ne de hijs que foris pre
dicat aliquid ipē apud ſe intrīſec9
trāſitorie laudis querat. Unde et
p ſalomonē dicitur. Bibe aquā de
ciſterna tua. et fluenta putei tui.
Diriuentur fontes tui foras. ꝛ in
plateis aquas diuide. Habeto e
as ſolus. nec ſint alieni participes
tui. Valde aūt ꝯtra eſſe videtur q̄
dicit diriuentur fōtes tui foras. et
in plateis aquas diuide. cū ptin9
adiūgit. habeto eas ſol9 nec ſint
alieni participes tui. Quomō eni
aquā ſcientie ſol9 habere poterit?
ſi hanc in plateis diuidit? Quo
modo alieni aque eius participes
nō ſūt. ſi fontes illi9 foris diriuan
tur? Sed cū predicam9 populis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nimiru̅ in plateis aquas diuidimꝰ
quia in auditoꝝ multitudine ſcien
tie verba dilatamus. cu̅ vero adiu
uante nos diuina gracia intrinſecꝰ
cuſtodimꝰ. ⁊ ne maligni ſpiritus
qui iure a nob̄ alieni ſunt quia foꝛ
tem beatitudinis perdiderunt no
bis in elatione ſurripiant ſollicitu
dine cauta circu̅ſpicimꝰ. ſoli habe
mꝰ aquas quas in plateis diuidi
mꝰ: vt nobis in eis alieni partici
pes non ſint. hij nimiru̅ de quibus
ſcriptu̅ eſt. Alieni inſurrexerunt in
me: ⁊ foꝛtes q̄ſieru̅t anima̅ mea̅.
Aquas ergo ⁊ in plateis ⁊ diui
dit ⁊ ſolꝰ habet: qui ꝑ hoc ꝙ mul
tis p̄dicat: ſe in cogitatione tēpal̄
glorie no̅ exaltat. Tunc enim poſ
ſidet ho̅ quod docet: qn̄ ſe no̅ gau
det innoteſcere ſ꞉ ꝓdeſſe. Ex ca̅po
ergo ad domu̅ ꝓpheta reducatur. vt
is qui ex deo loquit̄ poſtq̄ꝫ ꝓ vtili
tate ꝓximoꝛu̅ loque̅do foras exie
rit: ex humilitate ſemꝑ ad diſcuci
enda coꝛdis ſui ſecreta reuocet̄. Vn̄
⁊ ſubditur. Et tu fili ho̅inis ecce
data ſu̅t ſuꝑ te vincula: ⁊ ligabu̅t
te in eis: ⁊ no̅ egredieris in medi
o eoꝝ. Cu̅ eni̅ p̄dicatoꝛ quiſ꞉ ad
co̅ſcientia̅ domꝰ ſue reducit̄. ſuꝑ eu̅
vincula da̅tur ⁊ ligatur in eis: qꝛ
q̄to plus ſe in cogitacione diſcuſſe
rit: ta̅to a̅plius agnoſcet iuſti a̅ia
qua̅tis moꝛtalitatis ſue infirmita
tibus ſit ligata. Niſi enim ſe liga
tu̅ ꝯſpiceret paulꝰ: minime dixiſſ꞉
Deſideriu̅ habe̅s diſſolui: ⁊ cum
xp̄o eſſe. Hinc ⁊ per pſalmiſta̅ d̄r

vt audiret gemitu̅ vinculatoꝛu̅: ⁊
ſoluat filios interemptoꝝ. Et rur
ſus. Intret in conſpectu tuo gemi
tus compeditoꝛu̅. Sepe au̅t cu̅
iam anima ad rede̅ptoꝛis ſui ſpe
ciem contemplandu̅ exire deſiderat
cum celeſtibꝰ gaudijs intereſſe ſuſ
pirat: ipſa̅ moꝛtalitatꝭ ſue vincula
conſpicit ⁊ gemit: quibus adhuc
in preſenti mu̅do ligata retinetur
Hinc eſt enim ꝙ ſubtile omnipote̅
tis dei iudiciu̅ intuens iheremias
ait. Circu̅edificauit aduerſu̅ me
vt non egrediar: aggrauauit com
pede̅ meam. Habemꝰ enim compe
des ipſam infirmitate̅ atq꞉ coꝛrup
cione̅ moꝛtalitatꝭ nr̄e: ſed cu̅ tribu
lacio nob̄ ⁊ gemitus additur. ipſe
nr̄e ꝯpedes aggrauantur. Et quide̅
q̄ꝫdiu in hac vita iuſtus moras pa
tit̄ loque̅do bona ꝓdeſſe alijs feſti
nat: ſ꞉ cu̅ duras mentes ꝯſpicit. e
aſ꞉ ꝯſiderat ꝯtentionibꝫ occupari: ꝓ
dicationis verbu̅ retinet. Et in me
dio eoꝝ no̅ egredit̄: qꝛ a bonis q̄
loq̄ poterat. obmuteſcit: ſic̄ ꝑ pau
lu̅ d̄r. Nichil ꝑ contentione̅. Et rur
ſus. Si quis vult contencioſus eſſe
nos talem conſuetudine̅ no̅ habe
mꝰ. Vnde hic quoq꞉ apte ſubiu̅git
tur. Et lingua̅ tua̅ adhereſcere fa
ciam palato tuo: ⁊ eris mutꝰ nec
quaſi vir obiurgans: qꝛ domꝰ ex
aſperans eſt. Aliqn̄ vero etiam ꝯtra
reſiſtentiu̅ linguas predicantium
coꝛda zelo ſui dominus accendit.
ne taceant. ſ꞉ dcā fallaciu̅ verbis ve
ritatꝭ premant. Vnde hic ſubdit̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cũ aũt locutus fuero tibi· apies
os tuũ ⁊ dices ad eos· Hec dicit
dominꝰ deus Sed hec que breui
ter duplici ſub intellctũ diſcuſſimus
placet vt iuxta cõſideratione͂ lr̃e le
uiter tãgendo tranſeamus· Quid
eni͂ nobis amplꝰ ꝑ ipã v̓ba hyſto
rie ꝗ̃ virtus obedientie cõmenda
tur· cũ modo ad trãſmigꝛtioe͂m iux̃
flumen chobar pergere· mõ in cam
pũ egredi· mõ ex cãpo ad domũ re
dire ꝓpheta precipitur· vt prius ex
iuſſione pergens ⁊ paulopoſt exi
ens· atq; iterũ domũ rediens· ⁊ ſe
metipſũ recludens· ſempꝛ ſue volun
tatis arbitriũ ad diuini eloquij ꝑ̃
ceptũ frãgat· q̃tinꝰ in celeſti iuſſio
ne ſuſpenſus· nõ ſuã ſ; cõditoꝝ ſui
volũtatẽ impleat· Cui dicit· Et
tu fili hominis ecce data ſũt ſupꝛ te
vincula ⁊ ligabũt te in eis et non
egredieris in medio eoꝝ· Qua in
re notãdũ eſt ꝙ aduerſa ꝓpheta ꝑ̃
noſcit vt ꝗ̃ omnia patetur· Minꝰ
eni͂ mala q̃ mente preualent q̃ in
opinata non veniũt· ⁊ tñ dũ g̃ꝛia
prenoſcuntur· quãta ſit in eo obe
dientie virtus oſtenditur· quia et
cognoſcit ꝙ aduerſa paſſurus eſt·
⁊ tamen voci dominice inobediens
non eſt· Magna aũt conſiderati
one indigent verba q̃ protinus ad
duntur· et linguã tuã adhereſcere
faciam palato tuo· ⁊ eris mutus
nec quaſi vir obiurgans· quia do
mus exaſperãs eſt· Diſcernendũ
quippe nob̃ eſt vtrũ pro ſolis mal̃
auditoribus· an aliqñ etiam ꝓ vi
cio predicantiũ predicatiõis ſermo
ſubtrahatur Quatuor enim quali
tatibus res hec conſiderata diſtin
guitur· Nam aliqñ ꝓpter malos
auditores bonis tollit̃ ſermo doc
toribus· aliqñ vero ꝓpter bonos
auditores datur ſermo doctoribꝰ
⁊ malis· aliqñ vero ꝓpter docen
tiũ ⁊ audientiũ iuſtificationem bo
nis ſermo doctoribꝰ datur· vt ⁊ ip
ſi per meritũ creſcant· et auditores
eoꝝ intellctũ ⁊ vita proficiant Ali
qñ võ qꝛ neq; hij digni ſũt accipe
quibus doctrine ſermo ꝓfertur· ne
qꝫ illi doctrine verbũ proferre qui
locũ docendi tenent· predicacionis
ſermo tollitur· vt vtraq; pars diſ
tricte iudicetur· Propter malos
nãq; auditores bonis ſermo docto
ribus tollitur· ſicut nũc ad ezechi
el dicitur· Linguã tuã adhereſcere
faciam palato tuo· ⁊ eris mutus
nec quaſi vir obiurgans· quia do
mus exaſperans eſt· Et ſicut pau
lo dicitur· Feſtina et exi velocit̃ de
ihrlm· qm̃ nõ recipient teſtimoniũ
tuũ de me· Et ſicut volentibus a
poſtol̃ ꝑ̄dicare in aſya ſcriptũ eſt·
quia ꝓhibuit eos ſpũs ihũ Prop
ter bonos auditores etiam malis
doctoribꝰ ſermo datur· ſicut de pha
riſeis dominus dicit· Omnia que
cũqꝫ dixerĩt vobis ſeruate ⁊ facite
ſcd̃m vero opera eorum nolite face
re Dicunt eni͂ ⁊ non faciũt· Prop
ter docentiũ quoq; meritũ ⁊ audi
entium iuſtificationem ſermo doctri
ne tribuitur· ſicut ſanctis apoſtol̃

dicitur Euntes docete omnes gen
tes. Propter malos vero audito
res ⁊ indignam vitã eoꝝ qui do
cere debuerunt ſermo doctrine ſub
trahitur: ſicut hely ob corrigẽdos
filios ſuos diſtricte increpationis
verbũ non habuit: quia ⁊ ei9 neg
ligentia ⁊ filiorũ exigebat vita ut
cũ eis ⁊ populus caderet ⁊ archa
domini capta ad allophilos tranſi
ret. Magna enim omnipotentis dei
eſt gracia: cũ mĩq̃ agentib9 dictis
a doctoribus ſermo increpationis
profertur. Quo contra nũc dicitur
Et eris mutus: nec quaſi vir ob
iurgans. Delinquẽtes etenim ob
iurgaſſet: ſi digni ipſa obiurgatio
nis grã fuiſſent. Sed cũ in doctri
na atq; ſilencio ſit meritoꝝ tanta
diuerſitas vt ſciri facile non poſſit
vtrũ ex auditoris an ex ei9 vicio
qui doctrine locũ videtur tenere.
docẽdi ſermo ſubtrahatur: quid a
liud nobis q̃ ſeruare ſemꝑ in reb9
dubijs humilitas iubet: vt ⁊ qñ
loqui poſſum9 non extollamur. ne
fortaſſe hec ipſa locucionis nr̃e gra
cia non nobis ſ; auditorib9 noſtris
collata ſit. ⁊ rurſus qñ loqui non
poſſumus hij qui nobis cõmiſſi ſũt
minime nos dijudicẽt ne fortaſſe
nõ ex nr̃o ſ; ex peccato audienciũ
minime poſſim9 loqui? Ad hoc er
go nobis cũcta de meritis nr̃is in
certa ſũt ut vnã certã graciã tenea
m9 humilitatis: quaten9 ⁊ nos cũ
loq̃mur ex omnipotentis dei dono
hoc eſſe veſtrũ meritũ putem9: ⁊

qñ a locutione doctrine obmuteſci
mus. q̃uis noſtra culpa ſit vos ta
men hanc eſſe veſtrã ſpecialit᷑ cre
datis: vt dũ viciſſim mala nobis
tribuim9 ⁊ bona alijs: per ipſam
humilitatis grãm fiat. vt doctrine
ſermo qui ablatus fuerat reddat.
Sequitur Cũ aũt locutus fuero
tibi aperiã os tuũ. ⁊ loqueris ad
eos. Hec dicit domin9 deus Qui
audit audiat. ⁊ qui quieſcit quieſ
cat. quia domus exaſperans eſt.
Sepe quidã verbũ dei audire deſi
derant: ſed cũ alios conſpiciũt au
rem auertere etiam ipſi a ſalutis au
ditu deuiant: ⁊ pleriq; multi qui
eſcere appetunt atq; a cunctis mũ
di huius actibus vacare. nullis iam
deſiderijs terrenis ſuccũbere: ſed
dum vident alios inquiete agen
do proficere atq; in hoc mũdo diui
cijs ⁊ honoribus extolli: quia nec
dum in via rectitudinis firmi ſunt
ad praua opera ex aliorum exem
plo dilabuntur. Hinc eſt enim q
in typo infirmantiũ pſalmiſta lo
quens dicebat. Mei autem pene
moti ſũt pedes pene effuſi ſũt greſ
ſus mei: quia zelaui in peccatori
b9 pacem peccatoꝝ videns. Hinc
iterũ dicit Dũ ſuperbit impius in
cenditur pauper. Hinc ad iheremi
am prophetã voce dominica de iu
da ⁊ iſrahel dicitur. Nũquid vidiſ
ti que fecerit auerſatrix iſrahel?
Abijt ſibimetipſi ſuper omnẽ mon
tem excelſum ⁊ ſub omne lignum
frondoſum: ⁊ fornicata eſt ibi.

Et dixi cum feciſſ; hec omnia ad
me conuertere ⁊ nõ eſt conuſa. Ubi
ſtatim ſubditur. qualit̃ ex emulati
one eius etiam iuda cecidit q̃ ſtare
videbatur Ait eni͂ Et vidit p̃uari
catrix ſoror eius iuda. quia pro eo
ꝙ mechata eſſet aduerſatrix iſrl̃
dimiſiſſem eam ⁊ dediſſem ei libel
lũ repudij. et non timuit p̃uarica
trix iuda ſoror eius. ſ; abijt ⁊ for
nicata eſt etiã ipſa. Ecce miſericor
de9 cõtẽpnitur et vocat. aduerſan
tib9 ſe ſinũ miſericordie aperit. q̃ꝛ
peccanti dicit ad me ꝯuertere. ⁊ ta
men non eſt ꝯuerſa. Sed quia oĩ
potẽtem deũ iſrlitica plebs deſeru
it. reuerti nolens libellum repudij
accept Deſeruit videlicet peccan
do. ſed libellũ repudij accepit in ſu
is iniquitatib9 ſine flagello rema
nendo. Anima enim que peccat re
cedit. ſ; ſi eam poſt peccatũ ꝓſperi
tas ſequitur. nulla diſciplina. nul
la diſtrictionis increpatio reuocat
ad cor. in diuiſione quã inter ſe et
deũ facit. etiam libellũ repudij ac
cepit. vt iam velut aliena derelicta
faciat mala que vult. zeli domini
flagella non ſentiat. quatin9 ad e
terna ſupplicia profũdi9 deſcendat
Sed ſoror ei9 iuda qm̃ dimiſſam
iſraeliticã plebem in ſuis volupta
tibus vidit. ipſa quoq; in imundi
cia fornicationis exarſit. Quia e
nim aſpexit adulterã in ſua peruer
ſitate florere. etiam ipſa non timu
it deterius peccare. atq; a ꝯuictio
ne domini quaſi a viri legitimi cu
bili recederet. Unde neceſſe eſt vt
peccantes quoſq; tunc conſidere
mus amplius miſeros. quando e
os conſpicim9 in culpa ſua ſine fla
gello derelictos. Hinc etenim per
ſalomonem dicitur Auerſio paruu
loꝝ interficiet eos. ⁊ proſperitas
ſtultoꝝ perdet illos. Qui enim a
deo auertitur ⁊ proſperatur. tanto
perditioni fit proximus. q̃nto a ze
lo diſcipline inuenitur alien9. Di
cat ergo Qui audit audiat ⁊ qui
quieſcit quieſcat. quia domus ex
aſperãs eſt. Ac ſi aperte diceretur
Uos qui iam ⁊ verba veritatis au
dite. ⁊ a praua cepiſtis actione ceſ
ſare. nolite illos ymitari quoꝝ me
exaſperari moribus videtis. Ad
tamẽ ⁊ intelligere ⁊ alit̃ poſſum9
Quidã enim verbũ audientes nõ
audiũt. qm̃ aurẽ ad ſacrũ eloquiũ
ponunt. ſed cor a mũdi deſiderijs
non euellũt. Et ſũt nonnulli qui
quieſcẽtes minime quieſcunt. qui
a prauis quidẽ actibus ocioſi ſunt
corpore. ſed peruerſitatẽ operũ ex
delectatioẽ verſãt in mente. Hinc
eſt enim ꝙ de iudea ad captiuita
tem perueniente ſcriptũ eſt. Vide
rũt eam hoſtes. ⁊ deriſerũt ſabba
ta eius. Hoſtes quippe ſabbata de
rident. qñ maligni ſpiritus ocioſe
menti prauas cogitatioẽs imiãt
vt ſi quieſcit ab opere. non quieſ
cat a maloꝝ operũ delectatione.
Recte ergo nũc dicitur. qui audit
audiat. quatinus ſic fiat ſermo in
aure corporis. vt ſonet in aure

cordis. Et q̄ q̄escit q̄escat: vt ꝑui
tatis desideria repellantur a cogita
tione. cū iam repulsa videntur ab
opere. Ubi ne malorū sit diximꝰ
exempla seq̄mur adiūgitur: quia
domꝰ exasperās est. Mali autē ꝯ
si diu tolerātur subito corruūt: ꝯ
eorū penas infirmi conspiciūt: ne
quorū culpas impunitas estimant
imitētur. Unde hic quoq; eiusdē in
de desolatio subiūgitur q̄ domꝰ ex
asperans vocatur: cū ꝓtinꝰ ꝓphe
suo dominꝰ dicit. Et tu fili homi
nis sume tibi laterē et pones eum
corā te. ⁊ describes in eo ciuitatem
ihr̄lm ⁊ ordinabis aduersus eam
obsidionem: ⁊ edificabis munitio
nes ꝯ cōportabis aggerē: ꝯ dabis
cōtra eā castra. ⁊ pones arietes in
giro. Et tu sume tibi sartaginē fer
reā. ⁊ pones eā murū ferreū inť te
⁊ ciuitatem. ⁊ obfirmabis faciem
tuā ad eā. ⁊ erit in obsidionē ⁊ cir
cūdabis eam. Signū est domꝰ is
rahel. In quibus videlicet verbis
quid aliud iuxͣ hystoriā nisi ihero
solime vrbis obsessio atq; destruc
tio designatur. et peccatoris ꝑpli af
flictio exprimitur qui domꝰ exaspe
rās vocatur: cū apte dr̄ ordinabis ad
uersus eā obsidiōem ⁊ edificabis
munitiones et cōportabis aggerē
⁊ dabis cōtra eam castra et pones
arietes in giro: Sed quia verba
prophetie sic plerūq; narrāt hysto
riam vt per hec etiam mistica descri
bātur: oportet vt hec eadē dicta q̄
protulimꝰ spiritualiter disseramꝰ
maxime quia in eis interponitur
quod teneri posse ad lr̄am non vi
detur. cū dicitur. Et tu sume tibi
sartaginem ferreā ⁊ pones eā mu
rū ferreū inter te ⁊ ciuitatē. ⁊ obfir
mabis faciem tuā ad eā: et erit in
obsidionem. Nisi enim rebꝰ hysto
ricis mistica miscerentur: quid sar
tago ferrea necessaria prophete fu
it vt hanc inter se et ciuitatem po
neret. quatenꝰ se ab eius obsidiōe
separaret: Cū enim dicitur sume
tibi sartaginem ferream ⁊ pones
eam murū ferreū inter te et ciuita
tē: aperte declaratur q2 per eandē
sartaginē ferreā ab obsidione ciui
tatis ꝓpheta se liberū reddat. Unde
ꝯ quod ꝑdixi subiūgitur. Et obfir
mabis faciē tuā ad eam: ⁊ erit in
obsidionē. Ex qua re ostenditur q̄a
ꝓpheta in eadē obsidione nō erat: si
sartaginē ferreā inter se et ciuitatē
murū ferreū ponit. Et certe siue i
ea captiuitate q̄ prius. siue in ea
q̄ postmodū israhelitico populo cō
tigit nullus ab eiusdē captiuitatis
periculo liber fuit: sed omnes simul
par calamitas inuoluit. Quō ergo
intelligi iuxta lr̄am potest: vt pro
pheta inter se et ciuitatem que ob
sidenda est sartaginem ferream po
nat: Sed q̄uis omne hoc quod
in descriptiōe lateris sub signo ihe
rosolimorū ciuitatis legitur iuxta
lr̄am factum sit: nobis tamen sciē
dum est quia typicum aliquid per
sartaginem figuratur. sed ⁊ obses
sio iherosolimorū vera describitur.

Ex qua te inſtruimur ut dū aliud
completū iuxta hyſtoriā ſcimus ·
⁊ aliud iuxta hyſtoriam a ratione
vacare cognoſcimus · in ſacro vbo
vtraqꝫ teneamus · quatinus ⁊ ob
ſeſſionem iheroſolimoꝝ que iuxta
lrām poſtmodū facta eſt · in ꝓpheti
e verbis et factis credamus eſſe ſi
guratā · et tamen per eandē obſi
dionem obſidio alia id eſt interi
or deſignetur · in qua iure querim⁹
quid per ſartaginem ferream que
murus ferreus dicit̄ valeat deſig
nari Jllam itaqꝫ obſidionem qua
iheroſolimoꝝ ciuitas deſtructa eſt
iam factā nouimus · ſ; nūc aliam
intrinſecus que cotidie agitur req̄
ramus · de qua per ſignificatioēm
dicatur · Et tu fili hōīs ſume tibi
laterē · ⁊ pones eū contra te · ⁊ de
ſcribes in eo ciuitatē iheruſalem ·
Sed ante nobis inquirendum eſt
cur ezechiel ꝓpheta vel quociens
ſublimia conſpicit · vel quociens a
liqua agere miſtica iubetur · prius
filius hōīs appelletur · Sepe e
nim ſubleuatur ad celeſtia · et occl
tis atqꝫ inuiſibilib⁹ rebus ei⁹ mens
paſcitur · Neceſſe eſt ergo vt inter
occulta que penetrat filius hōīs
vocetur · ut ſemper agnoſcat quod
eſt · et nunq̄ extollatur de hijs ad
que ducitur · Quid eſt enim ꝓphe
te ad ſpiritualia ſubleuato ſemper
fili hōīs dicere? niſi vt eum infir
mitatis ꝓprie memorem faceret ·
vt conſcius conditionis infirme ·
eleuari in cogitatione non debeat

de magnitudine cōtemplationis
ſue? Quia vero idem ꝓpheta ⁊ ut
ſupra iam diximus typū predicā
tium vel doctorū tenet · recte ei nūc
dicitur Sume tibi laterē · ⁊ pones
eum coram te · Omnis etenim doc
tor cū terrenū quēpiam auditorē
ad celeſtis verbi doctrinam ſuſcipit
laterē aſſumit · cui dū loqui cepit
que ſit retributio celeſtis patrie · q̄
viſio pacꝭ ſuperne ciuitatem iheru
ſalem deſcribit in latere · quem co
ram ſe ponit · quia intenta mente
qualitatem audientꝭ conſiderat id
eſt prouectū vel deſpectū conſpicit
⁊ iuxta eius intelligentiam · pre
dicationis ſue verba moderatur ·
vt deſcribi in audientis mente ci
uitas iheruſalem id eſt viſio pacꝭ
poſſit · Dicatur ergo · Sume tibi
laterē · videlicet proximi cor terre
nū · ⁊ pones eum coram te ſcilicet
vt vitam atqꝫ itellectū illius intē
ta mente cuſtodias · ⁊ deſcribes in
eo ciuitatem iheruſalem · vt ei que
ſint ſuperna gaudia de viſione pa
cis innoteſcas · Quaſi enim iam
iheruſalē in latere deſcripta eſt · cū
terrena mens cepit que ſint illa
interne pacis gaudia vera cognoſ
cere · ⁊ ad cōſpiciendā glām regni
patrie anhelare Quaſi in terra vi
ſio pacꝭ deſcribitur · quando mens
que prius terrena ſapuerat · per a
morem iam ad cōteplandā glori
am regni celeſtis eleuat̄ · ſed mox
vt animus amare celeſtia cepit ·
mox vt ad viſionem pacis intime



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tota ſe intentione collegerit⁊ anti
quus ille aduerſarius qui de celo
lapſus eſt inuidet. ⁊ inſidiari am
plius incipit. acriores q̃ conſueue
rat temptatiões admouet: ita vt
plerūꝫ ſic reſiſtentē animā temptet
ſicut ante nūq̃ temptauerat quan
do poſſidebat. Unde ſcriptū eſt. Fi
li accedēs ad ſeruitutem dei ſta in
iuſticia ⁊ timore: ⁊ p̄para animā
tuam ad tēptationem. Unde ⁊ de
moniacus qui a domino ſanatur
ab exeūte demone diſcerpitur: ſi
cut ſcriptū eſt. Et clamans ⁊ mul
tum diſcerpens eum exijt ab eo.
Quid eſt enim q̄ obſeſſū ātiquus
hoſtis quem poſſeſſū non diſcerpſe
rat. deſcēdo diſcerpſit⁊ niſi q̄ ple
rūqꝫ dū de corde expellitur. acrio
res in eo tēptationes generat. q̃
prius excitauerat qn̄ hoc quietus
poſſidebat⁊ Unde iſrahelite quoqꝫ
ad moyſen ⁊ aarō dicūt. Uideat
domin9 ⁊ iudicet⁊ qm̄ fetere feciſtis
odorem noſtꝝ coram pharaone ⁊
ſeruis ei9: ⁊ p̄buiſtis ei gladiū ut
occideret nos ⁊ In moyſe enim ⁊ a
arō lex ⁊ prophete figurate ſunt.
Et ſepe apud ſe īfirm9 aīm9 q̄ſi ꝯ
tra ſacra eloquia murmurat: quia
poſtq̃ verba celeſtia audire ⁊ ſequi
ceperit. regis egiptij aduerſitas
id eſt maligni ſpiritus tēptacio ex
creſcat Debet ergo vigilanter doc
tor ꝓficienti anime que illam tēp
tationes ſequātur innoteſcere: vt
cautā ſe valeat ꝯtra maligni ſpiri
tus īſidias p̄parare. Un̄ nunc bn̄

poſt deſcriptā ciuitatē iheruſalem
in latere: dicitur prophete. Et or
dinabis aduerſus eam obſidionē
⁊ edificabis munitiones: ⁊ cōpor
tabis aggerem. In qua enim iam
pacis viſio deſcribit: ei neceſſe eſt
vt temptationū bella nunciētur.
Nam vt valeat ad illa pacis gau
dia eterna pertingere. hanc hic p
culdubio oportet tribulationū cer
tamina multa ſuſtinere. De qua
bene dicitur. Ordinabis aduerſ9
eam obſidioēm. Predicator q̄ppe
cōtra erudiendā animā obſidioēm
ordinat. cum premonēdo indicat
quib9 ſe modis vicia virtutib9 op
ponant: quō luxuria caſtitatem fe
riat. qualit̄ ira trāquillitatē animi
perturbet⁊ qn̄tum inepta leticia a
vigore mentis reſoluat. qualiter
multiloquiū munitionē cordis deſ
truat: quō inuidia caritatem inter
ficiat. quēadmodū ſuperbia arcē
humilitatꝭ effodiat⁊ qualiter fal
lacia cum veritatē in ſermone corru
perit. hāc eciam in ꝯgnitione cor
rūpat: vt qui verum dicere noluit
quod intellexit. iam nec intelligat
quod dicere valeat. Ordinatur er
go a p̄dicatore obſidio: cum per
ſancte āmonitionis verba ſingul
quibuſꝫ virtutib9 que vel quibus
modis vicia inſidienꝭ oſtenditur.
Et ꝯ ihr̄lm̄ qrā deſcripſit in latere
p̄dicator munitiones edificat: qn̄
mala q̄qꝫ q̃ munita ꝯtra mentem
veniant demonſtrat. vt ſeſe vicia
ſub virtutum ſpecie abſcondant⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quatinus ſicut ſepe iam diximus·
immoderata ira iuſticia videri ap
petat· ⁊ diſcipline ꝛmiſſio manſue
tudo videri velit· et tenacia ſeſe pa̕
moniam nominet· ⁊ inordinata re
ru̅ effuſio ſe beniuolentia̅ appellet
Quaſi enim edificate contra men
tem ſunt munitiones· quando vicia̕
a ſub virtutu̅ ſpecie excreſcunt· ⁊
in alto ſe oſtendunt per ymagine̅
que in ymo ſemper iacent per acti
onem· Adhuc quoqꝫ additur· ⁊ co̅
portab aggere̅· Quo enim mens
deſiderare celeſtia deperit· eo in illa̅
maligni ſpiritus temptationibus
ſuis terrenas amplius cogitatio
nes exaggerant· Propheta ergo
aggere̅ comportat· cu̅ predicator
ſanctus bonis mentibus qualiter
terrena deſideria ſubripere ſolent
denunciat· Atqꝫ adhuc additur·
Et dabis contra eam caſtra· ⁊ po
nes arietes in gyro· Quaſi dat
contra anima̅ caſtra doctor· quan
do malignoru̅ ſpirituu̅ contra eam
collectas atqꝫ adunatas inſidias
indicat· vt aliquando non ſolu̅mo
do ex vno· ſed ex cunctis vicijs ſi
mul temptent· Nam ſunt queda̅
vicia quaſi per quanda̅ ſibi cogna
tionem propinqua· ſicut diſſolu ti
o ſpiritus· appetitus gule ⁊ imun
dicia luxurie· ſicut multiloquiu̅· fal
lacia atqꝫ periuriu̅· Ex diſſolutio
ne quippe ſpiritꝰ· mens ad inglu
uiem ventrꝭ rapitur· Et du̅ cibis
venter extenditur· ad luxuriam ca
ro trahitur ſuperbiendo captiua·

Et rurſu̅ ex multiloq̄o fallacia ge
neratur· quia valde eſt difficile· vt
qui multa loquit̄· non eciam men
tiatur· Et ſepe mendacium eciam
periurio tegitur· vt ante humana
iudicia celetur· Superbia quoqꝫ
eſſe ſine inuidia atqꝫ inani gloria
nullatenus poteſt· Superbꝫ etenī
quiſꝫ honorem quem ipē ambit a
lijs inuidet· ⁊ cu̅ hunc fortaſſe ob
tinuerit in elationem glorie tempo
ralis attollitur· atqꝫ qd̕ alios con
ſpiciat minime percipere potuiſſe·
hoc ſe per inanem gloriam gaudet
pre ceteris habere· Sciendu̅ quo
qꝫ eſt· quia ſepe nonnulla vicia ad
mentem non ſimul veniu̅t· ſed ſub
ponu̅tur· vt vnu̅ alteri ſuccedat in
temptatione Et aliud contra faci
em venit· aliud vero in temptatio
ne ſe ex latere ſubiciat· quatinus du̅
alteri reſiſtitur· ab altero minus
decepta capiatur· Ipa̅ enim que
ſuperius diximus vicia pleru̅qꝫ ſe
alia pro alijs furtiue ſupponunt·
ſicut nonnu̅q̄ du̅ iram vincere in no
bis metipſis conamur· plus q̄ ne
ceſſe eſt lenitas mentem occupat·
vt aſperitate̅ peccantibꝰ qua̅ opor
tet minime proponat· Sepe vero
dum nobis ineſſe incauta lenitas
diſplicet· zelus ſe in furore̅ trahit
atqꝫ extra paciencie lenitate̅ ani
mu̅ captiuu̅ rapit Quia ergo per
mixta ſimul vicia atqꝫ adunata
contra mentem veniu̅t· recte in p̄
dicatoris ore contra deſcriptam
iheruſalem caſtra proponuntur·

Et qꝛ aliqñ ſingula hinc inde ſen
ſū ſeruūt· in giro arietes ordinant
Ponit ḡ predicator arietes in gi
ro: dum caute denūciat ꝙ blande
luxuria percutit· ꝙ aſpere impacīe
tia occidit: ꝙ laborioſe auaricia ac
cendit ⁊ interimit· ꝙ tumide ſuper
bia extinguit· In giro itaqꝫ arie
tes ponere eſt· predicando oſtende
re qui vndiqꝫ ſoleāt animā mucro
nes viciorꝫ ferire· Sequitur· Et
tu ſume tibi ſartaginē ferreā: ⁊ po
nes eā murū ferreū int̄ te ⁊ int̄ ci
uitatē· Quia ferrū forte metallū
eſt ⁊ in ſartagine ab9 frigitur: qd
per ſartaginem ferreā niſi ſpūalis
zeli fortis frixura ſignat̄? Omnis
quippe ſpūal̄ zelus doctoris aīam
frigit: qꝛ valde cruciatur dū infir
mos quoſꝫ eterna deſerere· ⁊ ab9
tpalib9 delectari ꝯſpicit· Vñ bene
paulus ſartaginē ferreā ſūpſerat:
cum zelo aīarū cruciatus dicebat·
Quis infirmat̄ ⁊ ego ñ infirmor?
Quis ſcādalizat̄· ⁊ ego nō vror?
Ipſū ſuū cor qd aīarū zelo ſuccen
deāt· quid aliud ꝙ ſartaginē fere
rat: in quo amore virtutū ꝯ vicia
ardebat? Qd enim vrebat̄: ſarta
go erat· Inardeſcebat eni ⁊ coque
bat: qꝛ incēdebatur amaritudine·
ſꝫ virtutū alimenta ꝑparabat ex
ſua afflicta cogitatione· Sed qd
eſt ꝙ eandē ſartaginem propheta
inter ſe ⁊ ciuitatē murū ferreum po
nit: niſi ꝙ iſtē fort̄ zel9 qui nunc
in mente doctor̄ agitur· in die ex
tremi iudicij inter eum ⁊ animam

quā a vicijs cuſtodierat teſtis eſt·
vt et ſi audire is qui docetur nolu
erit· doctor tamen ꝓ zelo quē exhi
bet de auditoris negligencia reus
nō ſit? Murū ergo ferreū inter ſe
⁊ ciuitatē ponit: quia in vlticnis
tpe inde doctor a dāpnationis peri
culo munit̄· vnde nūc ꝓ zelū cuſto
die cordis frixurā patitur· Nullū
quippe omnipotēti deo tale eſt ſac̄
ficiū: q̄le eſt zelus animarū· Hinc
enim pſalmiſta ait· Zelus dom9
tue comedit me· Vtū vero frixurā
cordis q̄ per ſpūalem zelum agit̄
oīpotentē deū placat aperte oſten
ditur· cū offerri per legem ſimila
in ſacrificiū iubetur· De qua ſcrip
tū eſt· In ſartagine oleo conſper
ſa frigetur ⁊ offeret eam calidā in
odorē ſuauiſſimū domino ſacerdos
qui patri iure ſucceſſerit· ⁊ tota cre
mabitur in altari· Tunc enim ſi
mila in ſartagine frigitur: cū mū
da mens iuſti per zeli ſancti ardo
rem crematur· Que conſperſa ole
o ꝓcipitur offerri· id ē caritati mi
ſericordia miſceri: que in conſpectu
omnipotēt̄ dei ardet et lucet Cō
ſpergatur ergo oleo mēs que in
ſartagine frigitur: quia ſancti ze
li diſtrictio neceſſe eſt vt ex miſeri
cordie ꝟtute ⁊ ardeat et clareſcat
Amat enim eundem ipſum quem
inſequi videtur· Vnde ⁊ calida in
odorem ſuauiſſimū domino offer
ri precipitur: quia ſi amorem zel9
non habet: ea que de ſartagine
offertur calorem ſimila amiſit·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et notandum quis eam offerre
precipitur. videlicet ſacerdos. qui
patri iure ſucceſſerit. Ille eni ſacer
dos patri iure ſuccedit. qui eſſe ſe
domini omnipotentis filiū moribꝰ
demonſtrat. atq; a nobilitate inti
ma operū ſuoꝝ ignobilitate non
diſcrepat. Que in altari tota cre
mari precipitur. vt videlicet holo
cauſtū fiat. Holocauſtū enim totū
incenſū dicimus. Vnde et in trāſla
tione altera hoc in loco eadē ſimili
a que in ſartagine frigitur. holo
cauſtū fieri iubetur. Hoc aūt inter
holocauſtū et ſacrificiū diſtat. quia
omne quidē holocauſtū ſacrificium
eſt. non omne ſacrificium holocau
ſtum. Sunt enim multa bona que
aguntur ſacrificia. ſed holocauſta
non ſunt. quia totam mentē amo
re ſpirituali minime incēdūt. Qui
enim ſic operātur ea que dei ſunt.
vt tamen et quedā que ſunt ſeculi
non relinquant. nimirum ſacrifici
um et non holocauſtum offerunt.
Qui aūt cūcta q̄ mūdi ſūt deſerūt
et totā mentē igne diuini amoris
accendūt. hij nimirū omnipotenti
periores anſulas in aere pendem9
In eo vero quod ſicut noſmet pōs
proximos amam9. anſulas et cir
culos a latere habem9: vt cortine
tabernaculi id eſt fideliū anime p
caritatē coniūcte ſint: et non p diſ
cordiam diuiſe. Unde et hic p9 lō
gitudinem q̄nquaginta cubitor̄.
protin9 latitudo ſubiūgitur xx et
q̄nq3 cubitor̄: que videlicet latitu
do ad caritatem proximi pertinet.
Ipā enim in fratrum amore ſe di
latat: atq3 erga eos omne quod
poteſt boni operis exercet. Cuncta
autem bona opera que corporalit̄
fiūt per quinq3 corporeos ſenſus
exhibentur: videlicet per viſum
auditum tactum guſtum odoratū
Quinarius vero numerus per ſe
metipſum ductus ad viceſimum et
quintū peruenit: quia bona opera
cum agi ceperint. per feruorem a
nimū ad augmentum excitant:
et per ſemetipā multiplicātur. Un
de et latitudinem menti faciunt:
vt non ſit anguſta per teporem:

ſed expanſa in bonis operibus per
caritatē. Omnis enim torpor tepo
ris anguſtia eſt: omnis vō benig
tas caritatꝭ magna latitudo. Nā
et ſi res deſunt q̄ fortaſſe indigen
ti proximo p̄beantur: ampla eſt
ſubſtantia volūtatis bone. que ſuf
ficit ad regni retributionem: ſicut
ſcriptū eſt. In terra pax hominib9
bone volūtatis. Sequitur. Feneſ
tre aūt eius veſtibulū et ſculpture.
ſcdm menſurā porte q̄ reſpiciebat
ad orientem. Cuncta hec iam ſu
perius latius dicta ſunt: et idcirco
ſermo non debet moroſa expoſitio
ne tardare. Hoc tamen magnope
re notādū eſt. q̄ porta ad aq̄lonē
ea omnia habere perhibetur. que
porta ad orientē: feneſtras ſcʒ con
templationis. veſtibulū humilita
tis. ſculpturam bone operationis.
Omīs enim qui per hoc quod deo
in conūſatione nati ſunt in innocē
tia perſtiterunt. portam ad orien
tem habent: quia eis celeſtis reg
ni adit9 patet a lumine quod ac
ceperunt. Et oīs qui in peccatis
lapſi poſtmodū torporis ſui frigo
re ſunt depreſſi. ſed per penitentiā
redeunt. ad amorem celeſtis patri
e recaleſcunt: portam ad aquilo
nem habent: quia eis etiam poſt
peccati ſui frigora regni aditus p
miſericordiam patet. Ea ergo ha
bere dicitur porta ad aquilonem:
quia et conuerſi peccatores ſic ditā
tur virtutibus. ſicut illi ſūt diuites
qui cadere in peccato timuerunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde et pſalmiſte voce per dñm
dicitur· cinerē ſicut panē manduca
bam: quia ſic penitentes recipit ut
iuſtos· Scriptū quippe eſt de pec
catoribus· Olim in cilicio et cinere
penitentiam egiſſent Cinis ergo
ſicut panis comeditur· qñ ad auc
toris ſui graciam peccator per pe
nitentiam ſicut innocens reuocatur
Porta igitur ad aquiloēm habet
feneſtras· habet veſtibulum· habet
ſculpturas: quia cum peccator ad
vitā poſt culpas reducitur· ſepe lu
men contemplationis accipit: at
qȝ de ipā memoria iniquitatis ſue
grām magne humilitatis · bone
quoqȝ operationis efficaciam perci
pit: vt omne quod fieri precipitur·
in vita eius quaſi ſculptū eſſe vide
atur· Septē vero graduū erat aſ
cenſus eius· ⁊ veſtibulū ante eam
Septem gradib9 ad portā aſcen
ditur: quia per ſancti ſpūs ſeptifor
mē graciam aditus nob vite aperi
tur· Quam ſeptiformē graciam y
ſaias in ipō noſtro capite vel in e9
corpore quod nos ſumus enume
rans dicit · Requieſcet ſuper eum
ſpūs ſapientie ⁊ intellcūs: ſpūs
conſilij ⁊ fortitudinis· ſpiritus ſci
entie et pietatis: ⁊ replebit eum
ſpiritus timoris domini· Quos gra
dus de celeſtib9 loquens· deſcen
dēdo magis q̄ aſcendēdo numera
uit: videlicet ſapientiam intellec
tum cōſiliū fortitudinē ſcientiam
pietatē timorem· Et cū ſcriptū ſit
iniciū ſapientie timor domini: con

ſtat proculdubio quia a timore ad
ſapientiam aſcenditur· non aūt a
ſapientia ad timorem reditur: qȝ
nimirū perfectam habet ſapientia
caritatem · Et ſcriptū eſt· Perfcā
caritas foras mittit timorē· Pro
pheta ergo quia de celeſtibus ad
yma loquebatur: cepit magis a ſa
pientia ⁊ deſcendit ad timorē Sȝ
nos quia a terrenis ad celeſtia te
dim9· eoſdē gradus aſcendendo ā
numerem9: vt a timore ad ſapien
tiam peruenire valeam9 · In men
te etenim nrā primus aſcenſionis
gradus eſt timor domini: ſecund9
pietas· tercius ſcientia· q̄rtus for
titudo· q̄ntus conſiliū· ſextus intel
lcūs· ſeptim9 ſapientia· Eſt enim
timor domini in mente· Sed qua
lis eſt iſte timor: ſi cum eo pietas
non eſt? Qui enim miſereri proxi
mo ignorat· qui compati ei9 tribu
lationibus diſſimulat: hui9 timor
ante omnipotentis dei oculos nul
l9 eſt: qui non ſubleuatur ad pie
tatē · Sed ſepe pietas per inordi
natā miſericordiam errare ſolet: ſi
fortaſſe pepercit q̄ parcēda non ſt·
Peccata enim q̄ ferri gehenne ig
nib9 poſſūt: diſcipline ſūt verbere
corrigenda Sȝ inordinata pietas
cum temporalit̄ parcit: ad eternū
ſuppliciū pertrahit· Ut ergo vera
⁊ ordinata ſit pietas· ad gradum
eſt aliū ſubleuanda id eſt ad ſcien
tiam: vt ſciat vel quid ex iuſticia
puniat: vel q̄d ex miſericordia di
mittat· Sȝ q̄d ſi ſciat quid agere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quid agere quis debeat? virtute
vero agendi non habeat? Sapien
tia ergo noſtra creſcat ad fortitu
dinem? vt cum videt quid agendū
ſit. hoc agere per mentis fortitu
dinem poſſit: ne timore trepidet.
⁊ pauore collapſa non valeat bo
na defendere que ſentit. Sed ſepe
fortitudo ſi improuida fuerit. ⁊ mi
nus contra vicia circumſpecta: ip
ſa ſui preſumpcione in caſum ruit.
Aſcendat ergo ad conſilium: vt
prouidēdo p̄moneat omne quod
agere fortiter poteſt. Sed eſſe con
ſilium non poteſt ſi intellectus de
eſt: quia qui non intelligit malū
quod agentem grauat? quomodo
poteſt bonū ſolidare quod adiuuat?
Itaqȝ a conſilio aſcendamus ad
intellectum. Sed quid ſi intellectus
magno quidem acumine vigilet?
⁊ moderari ſe neſciat per maturi
tatem? Ab intellectu ergo aſcenda
mus ad ſapientiam: vt hoc quod
acute intellectus inuenit. ſapienti
a mature diſponat. Quia igitur
per timorem ſurgimus ad pieta
tem per pietatem ad ſcientiam du
cimur. per ſcientiā ad fortitudinē
roboramur. per fortitudinē ad cō
ſiliū tendim9. per ꝯſiliū in intellcū
ꝓficim9. p intellectū ad maturita
tē ſapie ꝑuenim9? ſeptē ḡdib9 ad
portā aſcēdim9: p quā nobis adi
tus vite ſpūalis aperitur. Bñ aūt
dr q2 veſtibulū erat ante eā? q2 ni
ſi quis prius humilitatē habuerit
ad hos grad9 donoꝝ ſpūaliū non
aſcendit: ſicut ſcriptum eſt. Super
quem requieſcet ſpiritus me9? niſi
ſuper humilem ⁊ quietū. ⁊ tremē
tem ſermones meos? De quo p
pſalmiſtā dicitur. Aſcenſus in cor
de e9 diſpoſuit. in ꝯualle lacrima
rum. Conuallis quippe humilis
locus eſt. Et peccator quiſꝫ dum
ſe in lacrimis humiliter affligit:
in corde per aſcenſum virtutū pro
ficit. Qui rurſus ait. Emittit fon
tes in conuallib9: quia omp̄s de
us dona ſpiritualis gracie humili
bus preſtat. Poteſt quoqȝ per veſ
tibulum fides intelligi. Ipſa quip
pe eſt ante gradus ⁊ portā? quia
prius quidem ad fidem venimus
vt poſtmodum per ſpiritualiū do
norū gradus celeſtis vite aditum
intremus. Non enim virtutibus
venitur ad fidem. ſed fide pertingi
tur ad virtutes. Cornelius enim
centurio cuius elemoſine ante bap
tiſmum angelo teſte laudate ſunt.
non operibus venit ad fidem: ſed
fide venit ad opera. Nam ⁊ ei per
angelum dicitur. Oraciones tue
⁊ elemoſine aſcenderūt in conſpec
tu dei. Si enī deo vero ⁊ ante bap
tiſmum non crediderat? quem ora
bat? Vel quomō hunc omnipotens
deus exaudierat? ſi non ab ipſo ſe
in bonis perfici petebat? Sciebat i
gitur creatorem omniū deum. ſed
q2 e9 omp̄s filius incarnatus eſſꝫ ig
norabat. Neqȝ enī poterat bona a
gē. niſi an̄ credidiſſꝫ. Scriptū namqȝ
ē. Sine fide īpoſſibile ē placē deo

Fidem ergo habuit cui9 operatio
nes ⁊ elemoſine placere potuerūt
bona aūt actione promeruit vt de
um perfecte cognoſceret. ⁊ de vni
genito eius incarnationis miſteri
um crederet: quaten9 ad ſacramē
tum baptiſmatis perueniret. Per
fidem ergo venit ad opera: ſed ꝑ
opera eſt ſolidatus in fide. Veſtibu
lū itaqꝫ ante gradus eſt: quia qui
prius crediderat. ipſe poſt virtutū
gradib9 ad porte aditū aſcendit.
Sequitur. Et porta atrij interio
ris contra portā aquilonis ⁊ ori
entis. Hoc loco contra non ꝓ ad
uerſitate ponitur. ſed pro rectitudi
ne. Ita enim porta atrij interiorꝭ
poſita monſtrabatur: vt porta aq̄
lonis ⁊ orientis recto ad eam adi
tu tenderet. Quid eſt ergo ꝙ por
ta interior recto itinere poſita cōtra
portā orientis ⁊ aquilonis oſten
ditur? niſi hoc quod aperte datur
intelligi. quia ſiue iudayco ⁊ genti
li populo. ſeu iuſtis ⁊ peccatorib9
ſed poſt peccata conuūſis. eque adi
tus regni celeſtis aperitur? Larga
eſt enim miſericordia creatorꝭ nrī
Et porta interior non ſolam portā
orientis reſpicit. ſed etiā aquilonis
quia non ſolis hijs qui in innocēci
a permanent. ſed etiam peccatori
b9 peccata ſua penitendo dāpnanti
b9 aperiūtur interioris atrij gau
dia: vt ineffabilia miſteria patri
e celeſtis agnoſcant? agnoſcendo
ſitiant: ſitiendo currant: currendo
perueniant. Hec interni gaudij ſe

creta cognouerat. qui dicebat. Si
cut anima mea ad deum viuū?
quando veniam et parebo ante faci
em dei? Predicator gentium ad
hūc aditum regni celeſtis anhela
bat cū diceret Cupio diſſolui ⁊ cū
xpō eſſe. Hec exultationis occul
te ſecreta cognouerat ſponſa: que
dicebat. Dilectus meus miſit ma
nū ſuam per foramē: ⁊ venter me
us intremuit ad tactū ei9. Dilec
tus etenim manū per foramē mit
tit: qn̄ virtute ſua domin9 noſtrū
animū per ſubtilem intellectū pul
ſat. Et venter illius in tactu contre
miſcit? quia infirmitas noſtra per
hoc quod celeſtis gaudij intellectū
tangitur ipſa ſua exultatione tur
batur: ⁊ fit in mente pauor ac leti
cia? quia iam ſentit quod de celeſti
gaudio diligat: et adhuc metuit
ne plene nō percipiat quod vix te
nuiter ſentit. Quid igitur reſtat?
niſi vt ſe ad perfectioris vite curſū
dirigant. omnes qui illa gaudia
patrie celeſtis agnoſcunt? Vnde
⁊ hic apte ſubiūgitur. Et menſ9
eſt a porta uſqꝫ ad portā centū cubi
tos. Centenariū numerū quia de
cies per denariū ducitur. iam ſupe
rius diximus eſſe perfectū Is itaqꝫ
qui aditum atrij interioris videt.
profecto neceſſe eſt vt per viā per
fectionis currat: vt a porta incho
ationis vſqꝫ ad conſūmationis in
greſſum perueniat. Menſuratur er
go atriū intern9 quod a portꝭ exte
rioribus uſqꝫ ad portam interiorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tenditur centum cubitis⸫ vt qui in
trare amando cepit. latitudinē per
fectionis habeat in mente⁏ q̄tenus
in eo quē diligit hunc nec proſpe
ra extollant nec aduerſa coanguſ
tent. ſed tranſitoria cuncta deſpici
ens. quo adu〈ſ〉 ad gaudia ſecreta
perueniat . per atriū perfectionis
currat. Sunt enim multi qui iam
in ſeptem gradibus aditum porte
exterioris intrauerūt⁏ iuxta quen
dā ſuperne diſpenſationis modū
per timorem dei humiles. per pie
tatis ſtudiū miſericordes . per ſci
entiam diſcreti. per mentis fortitu
dinem liberi. per conſiliū cauti. per
intellectum prouidi . per ſapienti
am maturi⸫ ſed adhuc quibuſdā
neceſſitatib9 obligati. hui9 mūdi
curꝭ inſeruiūt⁏ ⁊ inde iam ex mag
na parte excuſſerunt animū . vbi
adhuc tenentur inuiti. Cumq; ſu
perimpoſita terrene occupationis
portant onera. minus ſe in precep
tis celeſtibus exercent⸫ ⁊ dum an
helare medullitus ad eternam pa
triam non vacat. ipſa in eis ſua a
liquo modo deſideria langueſcunt
quia animo curis temporalibus p̄
pediti. vera gaudia que cognoſcūt
amare tantū non licet q̄ntum libet
Hij plerūq; a iugo mūdi colla mē
tis excuciūt⁏ omnia deſerūt. terre
ne cure pondera deponūt⸫ atq; vt
ad celeſte deſideriū lacius animū
ſuum laxent. vitam remotam pe
tunt⁏ ⁊ in ea ꝑabus ſanctis inten
ti ſacris meditationibus dediti .

cotidiano ſe fletu afficiūt⸫ ⁊ vetuſ
tatē cordis igne amoris conſlant
atq; ad celeſte gaudiū accendēdo
ſe innouant Hij plerūq; in ipſo ſu
o deſiderio accenſi exire iam de car
ne concupiſcunt⁏ atq; ad vitam p̄
ſentem redire poſt fletus nolunt⸫
ſed tamen differūtur vt dilatus a
mor ex ipſa ſua dilatione proficī
at⁏ ⁊ ardenti deſiderio quaſi qd̄
negatur accreſcat Sic in regione
geraſenorū qui liberatus a legiōe
demonū fuerat ire iam cū domīo
volebat⁏ ſed tamen ei dicitur. Re
uertere in domū tuam⁏ ⁊ narra q̄n
ta tibi fecerit dominus. Dic ſpon
ſa in canticis canticoꝝ ſanctis deſi
derijs anxia loquitur dicens. In
lectulo meo per noctes queſiui quē
diligit anima mea⸫ queſiui illum
⁊ non inueni. In lectulo enim di
lectum querit⁏ quādo in ipſo ſuo o
cio et vacatione quā apprehēdit iam
videre anima dominū concupiſcit⸫
iam ad eum exire deſiderat⁏ iā ca
rere p̄ſentis vite tenebris anhelat
Sed querit illū ⁊ nō inuenit⸫ q2
q̄uis magno amore deſideret⁏ ad
huc tn̄ ei non conceditur videre quē
amat Tales itaq; ſanctoꝝ men
tes quid aliud in hoc deſiderio faci
unt⸫ niſi quod iam a portis exteri
oribus per atriū interius ad por
tam currūt⸫ Quib9 ſepe euenit .
vt cum ſe videant magno celeſtis
grē munere cōpunctos. iam ſe perfec
tos exiſtimēt⸫ ⁊ obedientes putēt
ſz q2 nullus eſt qui dura precipiat

paciẽtes eſſe ſe credant ꝫ quia ne
mo eos per contumelias ⁊ ad uer
ſitates pulſat: ⁊ plerūq; cōtingit
vt ſpūale miniſteriū vel inuiti ſuſci
piant: atq; ad gubernationem fi
deliū deducantur. Qui cum mag
nis tribulationib9 fuerint hinc in
de pulſati turbati mente ſeſe imper
fectos inueniūt: qui non pulſati ꝑ
fectos ſe eſſe crediderūt. Qua ex
re agitur vt ſe ad ſemetipſos colli
gant ⁊ apud ſe taciti obprobriū
ſue infirmitatis erubeſcant: atq;
ex ipā ſua confuſione roborati con
tra aduerſa paciētiā opponant:
⁊ ex tribulatione proficiant q̄ pri
us in ocio ex ipā ſua ſecuritate cor
ruebāt: ⁊ deinceps tales eſſe incipi
unt: quales ſe eſſe prius inaniter
putauerūt. Hij itaq; cū a portis
exterioribus uſꝫ ad interiorem por
tam per boni ſtudij atriū diſcurrun
tur. hoc ipſū in eis atriū centū cu
bitis menſuratur: quia dilatione
⁊ exercicio in ſcā cotidie perfeccōe
proficiūt. Per cotidiana enim de
ſideria in mente ꝑficia: quaſi centū
eſt cubitis interi9 atriū menſurari
Idcirco igitur a portis uſꝫ ad por
tam centū ſūt cubiti: vt quaſi que
dam mora eundi ſit ipā dilatio vi
uendi: per quā cotidie ī virtutib9
creſcitur: ut ad interiorē aditū per
fectius perueniatur. Sequitur ⁊
duxit me ad viam auſtralem: ⁊
ecce porta q̄ reſpiciebat ad auſtrū
Et menſus eſt frōtem eius ⁊ veſti
bulū eius iuxta menſuras ſuperio

res: ⁊ feneſtras ei9 ⁊ veſtibula in
circuitu. ſicut feneſtras ceteras Quin
q̄ginta cubitoꝝ lōgitudinē et lati
tudinē vigintiq̄nq; cubitoꝝ: et in
gradib9 ſeptē aſcendebatur ad eā
et veſtibulū ante fores eius. Cūc
ta hec in orientis ⁊ aquilonis por
ta iam dicta ſunt: ⁊ congruū non
eſt vt ea q̄ ſemel ac ſcdo exponen
tes dixim9. ſepius replicem9. No
tandū tamē nobis eſt. quia in ſpi
rituali edificio alter aditus ad ori
entē. ali9 ad aquilonē. atq; alius
ad auſtrū patet. Sicut enim aqui
lonis frigore peccatores. ita per
auſtralem viam feruentes ſpiritu
deſignantur: qui calore ſancti ſpi
ritus accenſi velut in meridiana lu
ce virtutib9 excreſcūt. Pateat ita
q; porta ad orientē: vt hij qui ſa
cramenta fidei bene inchoauerunt
⁊ in nulla poſtmodū viciorū ꝑfun
ditate dimerſi ſūt ad gaudia ſecre
ta perueniant Pateat porta ad a
quilonem: ut hij qui poſt inchoaci
onē caloris ⁊ luminis in peccato
rum ſuoꝝ frigorē ⁊ obſcuritate de
lapſi ſunt. per compūctionē penitē
tie ad veniam redeant: ⁊ q̄ ſit inte
ne retributiōis vera leticia cognoſ
cant. Pateat porta ad meridiem
vt hij qui poſt accepte lucis inicīū
ſanctis deſiderijs in virtutib9 fer
uent: ſpūali intellcū cotidie inter
ni gaudij miſteria penetrēt. Inter
hec aūt q̄ri poteſt: cū quatuor h9
mūdi partes ſint. cur in hoc edifici
o hee exteriores non quatuor ſed

tres porte eſſe memorantur. Q̄d
recte q̄rendū fuerat: ſi propheta
non ſpūale ſed corporale edificiū
vidiſſet. Sancta enim eccleſia id
eſt ſpūale edificium vt ad ſecreta
gaudia pertingat. tres ſolūmodo
portas habet: videlicet fidē ſpem
atq̨ caritatē: vnam ad orientem
aliam ad aquiloēꝫ terciam ad me
ridiem. Porta quippe in oriēte eſt
fides: quia per ipſam lux vera naſ
citur in mente. Porta ad aquilo
nem ſpes: quia vnuſquiſqꝫ in pec
catis poſitus ſi de venia deſperaue
rit. funditus perit. Unde neceſſe eſt
vt qui ſua iniquitate extinctus eſt
per ſpem mīe reuiuiſcat. Porta
ad meridiem eſt caritas: quia ig
ne amoris ardet. In meridiana
etenim parte ſol in altum ducitur.
quia per caritatem lumen fidei in
dei et proximi dilectione ſubleua
tur. Tribus igitur portis ad in
terius atriū tenditur: quia per fi
dem ſpem atq̨ caritatem ad gau
dia ſecreta peruenitur. Alia quoqꝫ
queſtio oritur: cur porta atrij inte
rioris poſita contra portam orien
tis et aq̄lonis dicit̄: et an ad auſ
tralem portam pateat tacetur.
Sed quia per orientem inchoan
tes. per aquiloēm lapſos diximꝰ
deſignari: dignū fuit vt vel de in
choantibꝰ quibus adhuc ſol in te
pore eſt. vl' eciam de lapſis ſed per
conuerſionem redeuntibus aperte
diceretur. q̄ eis porta atrij interio
ris pateat: quatinus ex ipſis nos
certos faceret. de quibus dubitari
poterat. Hoc aūt de porta auſtra
li dicendū non erat: quia eos ad
gaudia interna pertingere qui fer
uore ſpiritus in virtutibus perma
nent nullꝰ ignorat. Uſus quippe
eſt ſacri eloquij. ea de quibus du
bitari poterat aperte dicere et ea
que conſtant tacere: ſicut per pſal
miſtam dicitur. Irritauerunt moy
ſen in caſtris: et aarō ſanctum do
mini. Aaron quippe exigente po
pulo ydolū fecerat: et recte poterat
de eius vita dubitari. Moyſes er
go ſanctus non dicitur. quia ſanc
tus eſſe ab omnibus ſcitur: et aa
ron ſanctum nominat: vt nobis
de vita illius dubietatem tollat.
Sequitur. Et celate palme erāt.
vna hinc et altera inde in fronte e
ius. Quid eſt hoc qd̄ prius in frō
tibus pictura palmarū: nūc autem
celate palme in frōte eſſe memorā
tur: In celatura quippe lapidū ex
teriora opera eſſe videntur. Sed ſi
cut ſuperiꝰ iam diximꝰ pictura pal
marū eſt oſtenſio ſignorꝫ: nūc ve
ro celatura palmarū dicitur: vt bo
norꝫ operū demonſtratio deſignet̄.
Ipſis enim ſūmus predicatoribus
dicitur. Uideant opera veſtra bo
na: et glorificent patrem veſtrum
qui in celis eſt. Qui igitur in vita
ſua impreſſa eſſe ſancta opera de
monſtrant: palmas in fronte cela
tas habent: quia quanta illos in
poſterū victoria ſequatur. iam nūc
in ſanctis ſuis operibus oſtendūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vel certe quia fidem per orientis
ſpem per aquilonis· caritatē vero
per auſtralem portam diximus de
ſignari: notandū nobis eſt· quia
in orientis porta pictura palmarū
in aquilone vero ⁊ meridie celatu
ra eſſe perhibetur: quia contingit
ſepe vt hij qui adhuc inchoantes
ſunt· necdū ſe in opibꝰ ſolidis ac
magnis exerceant: hij vero qui
poſt iniquitates ad v̄tutes redeūt
plerūq; vt culpas ſuas ante omni
potentis dei oculos tergere valeāt
in magnis operibꝰ exercentur: et
qui iā feruore ſpūs ſc̄ī actibus in
ardeſcūt· virtutibꝰ excreuerūt· q̄ſi
meridies in ſanctis actibus ſunt·
In orientis ergo porta pictura eſt
in aquilonis vero ⁊ in meridiei ce
latura: quia ſignū victorie quod
inchoantibus oſtenditur: hoc in re
uertentibus atq; feruentibus iam
ſolidius ⁊ robuſtius tenetur· No
tandū quoq; magnopere eſt: ꝙ di
citur hinc ⁊ inde· Omnes enim q̄
ad vite aditū tendimus: ⁊ ex dex
tro et ex ſiniſtro latere habere pal
mā debemus· Qđ enim hinc ⁊ in
de dicitur: latus vtrūq; ſignatur
A dextro igitur palmam habet is
quem proſpera non extollūt: a ſi
niſtro palmā habet is quem aduer
ſa non deiciunt· Quaſi ex vtraq;
parte portabat paulus palmā cum
diceret Per arma iuſticie a dextris
⁊ a ſiniſtris: per gloriam ⁊ igno
bilitatē: per infamiā ⁊ bonam fa
mā· vt ſeductores ⁊ veraces· Non
hunc aduerſa frangebāt: non proſ
pera in mentis tumorem ſubleua
bāt· Hinc inde ergo geſtabat pal
mā qui ⁊ in aduerſitate fortis· et
in proſperitate humilis permane
bat· Quiſquis enim de proſperis
extollitur habere in parte dextra
palmā neſcit: quiſquis in aduerſi
tatibꝰ frāgitur portare palmā a ſi
niſtro latere ignorāt Vt ergo hinc
⁊ inde palma geſtetur in frōte· ad
eſſe ſemper nr̄is mentibꝰ debet et
in aduerſis fiducia ⁊ in proſperis
timor: ne aut aduerſa in deſpera
tionē ꝑtrahāt: aut proſpera ani
mū in ſui fiducia extollant· Hinc
eſt ꝙ idem egregius p̄dicator di
cebat· Scio ⁊ humiliari ſcio ⁊ ha
būdare: vbiq; et in omnibꝰ inſtitu
tꝰ ſū: ⁊ ſaciari ⁊ eſurire· et habūda
re ⁊ penuriā pati· Omnia poſſū in
eo qui me confortat· Nūquid nā
fr̄es ars eſt aliqua humiliari ⁊ ha
bundare· ſaciari ⁊ eſurire· habun
dare et penuriam pati: vt ꝓ mag
no ſe iſta ſcire tantus p̄dicator in
ſinuet: Ars omnino et mira diſci
pline ſcientia: que toto nobis cor
dis eſt āniſu diſcenda· Quē enim
penuria ſua non frāgit· a graciarū
actione non retrahit· in rerū tempo
raliū deſideriū non accendit: ſcit
humiliari· Hoc enim loco apoſto
lꝰ humiliari dicit penuriā ꝑpeti Nā
ſtati ꝯtrario ſubiūxit· Scio ⁊ ha
būdare· Qui enim acceptis rebus
non extollitur· qui eas ad vſū va
ne glorie non intorquet· qui ſolus

non poſſidet quod accepit · ꝰ hoc
cū indigentibus miſericorditer di
uidit: ſcit habūdare. Qui acceptꝭ
alimentꝭ non ad ingurgitatiōem
uentris utitur. ſed ad reparatiōem
virtutꝭ. nec plus carni tribuit. ꝗ̄
neceſſitas petit: ſcit ſaciari · Qui
alimentoꝝ inopiā ſine murmura
tione tolerat · nec pro neceſſitate
victꝰ agit aliquid unde anima pec
cati laqueū incurrat: ſcit eſurire ·
Quē ergo nec habūdātia in ſupbiā e
leuat. nec in ncītate cupiditas ir
ritat. nouit habūdarē. nouit penuri
am pati. Qui cū ſtatī ſubderet oīa
poſſū: ne elatiōis eſſe ūba crederē
tur adiūxit in quo In eo qui me ꝯ
fortat. Ecce in altum ramus pro
dijt: ſed quia in radice ſe tenuit ·
in viriditate permanſit. In altum
enim ſurgens areſceret: ſi ſe a ra
dice diuiſiſſet Nibil enim nil tribu
it: qui omnia ſe poſſe non in ſe ſed
in eo qui ſe ꝯfortat fatetur. Hinc
et inde ergo predicator egregius
palmā habet: quē nec habūdanti
a in ſuperbiam. nec inopia ad aua
riciam pertrahit Diſcamus itaqꝫ
frēs nō ſolū in proſperꝭ: ſed in ad
uerſis quoqꝫ grās agere Pater e
nim nobis ex pietate ſua factꝰ eſt
ꝯditor noſter: noſꝫ adoptiuos fili
os ad hereditatē regni celeſtis nu
trit: et non ſolū donis reficit: ſed e
tiam flagellis erudit. Diſcamus
igitur habūdare: ut cūcta q̄ ab eo
accepimꝰ cum indigentibꝰ parcia
mur: ut mentē habūdātia nō ele
uet: ne forte ille gaudeat: quia hēc
adeſt ſibi qd̄ deeſt alteri: et nō iam
de bono ꝰ xp̄o letetur A priuato
gaudio ueritas ad ꝯmune diſcipu
los reuocat: cū eos de predicacio
ne redeūtes. et de ſubiectiōe demo
nū letantes admonet dicens No
lite gaudere ſuper hoc: ſed potius
gaudete et exultate. quia nomina
veſtra ſcripta ſunt in celo. Non e
nim omnes electi demonia eiciūt.
ſed tamen electorū omniū nomina
celo tenentur aſſcripta. Admonen
tur ergo diſcipuli priuatā leticiam
deponere · de ꝯmuni aūt et perpe
tua felicitate gaudere · Quiſquis
itaqꝫ in eo gaudet quod alter nō
habet: ex ipā ſua habundantia de
terior factus · gaudiū priuatū ha
bet. Contra huiꝰ nos appetitum
habūdantie iohannes āmonet di
cens. Nolite diligere mundū: ne
qꝫ ea q̄ in mūdo ſūt. Qui q̄re hoc
dicat mox racionē ſubdidit dicēs.
Si quis diligit mūdū: non eſt ca
ritas patrꝭ in eo. Nemo enim po
teſt duobꝫ dn̄is ſeruire quia nō va
let ſimꝰ trāſitoria et eterna dilige
re. Si enim eternitatē diligimꝰ:
cūcta tp̄alia in uſu nō in affcū poſ
ſidemꝰ Qui eandē vocē ꝓtinꝰ ſub
dit dicēs Quia oē qd̄ in mūdo eſt
ꝯcupiſcētia carnis ē. et ꝯcupiſcēcia
oculoꝝ. et ſupbia vite. Ideo enim
hrē aliquid hōines et vltra ꝗ̄ nēc
eſt concupiſcūt. vt habēdo ſuperbi
ant: et quia hoc alius non habet
ſe in cogitationibus extollunt ·

Quiſquis itaqꝫ talis eſt: adhuc
ad portandū habūdantiā doctꝰ nō
eſt. Sepe aūt quod auaricia ex ap
petitu gerit neceſſitatem putat: ⁊
cū minora ſufficiant. dolet maiora
deeſſe: atqꝫ incautus animꝰ quā
dā quaſi neceſſitatē patitur quā fa
cit: ⁊ cum nimia ſint q̄ deſiderat:
ſuam ſibi aliquo modo auariciam
excuſat. Habūdantia itaqꝫ ſuperbi
e viciā eſt: quā ſiqñ etiam cupidi
tas intercipit. hanc vt ita dixerī
quaſi peregrina cupiditas inuaſit.
Si igitur habūdandi artem ſcire
volumꝰ: neceſſe eſt vt non ſolum
ea q̄ vicia ſunt. ſed ea etiam que
de lōginquo veniūt vicia fugiamꝰ
Diſcamus igitur penuriā pati: ne
ea q̄ non habemus. habere etiam
cū culpa requiramꝰ: ne felices pu
temꝰ quos rebꝰ onuſtos cernimꝰ
Nimiū valde ſunt ea. q̄ ſibi quaſi
in ſūptus vite p̄ntis ꝑparāt. Mul
ta portant ſed in via breui Mag
na eſt nob̄ in hoc itinere ſocia pau
pertas q̄ animū nō anguſtat Cū
deeſt terrena ſubſtantia de qua re
no iudicii rōnes ponamꝰ. liberius
ad patriam tendimꝰ: quia quaſi
in via pondere caremus Diſcamꝰ
ſaciari: ne in ſumendis alimentis
corporis. gule magꝭ q̄̄ neceſſitati
ſeruiamꝰ. Plus enim ꝯcupiſcenti
a q̄̄ neceſſitas petit: ⁊ ſepe dū car
nis inopie ſatiſfacere curamꝰ. vo
luptas ſubrepit: modū refectionis
excedit. Unde fit vt culpa trāſeat
ad culpā: quia plerūqꝫ inde alia
carnis temptatio naſcitur: dū car
ni imoderacius in refectione ſeruiē
Ex peccato etenim primi hominis
infirmante natura in hoc mūdo cū
noſtris temptacionibꝰ naſcimur:
⁊ caro nobis aliqñ adiutrix eſt in
bono opere: aliqñ aūt ſeductrix in
malum. Si igitur ei plus q̄̄ de
bemus tribuimus. hoſtem nutri
mꝰ: ⁊ ſi neceſſitati eius que debe
mꝰ non reddimus ciuem necamꝰ
Saciāda itaqꝫ eſt caro: ſed ad
h̄ uſꝫ. vt i bono nob̄ ope famulari
ſufficiat. Nam quiſquis ei tantū
tribuit vt ſupbiat: ſaciari penitꝰ
ignorat. Ars itaqꝫ magna eſt ſa
ciari: ne vnuſquiſꝫ per ſacietatem
carnis ad iniquitatem prorūpat
turpitudinis. Diſcamus eſurire:
vt nobis propter habundātiam ſe
quentē noſtra hic inopia placeat:
nec nos ventris neceſſitas ad cul
pam trahat. ne peccatum menti ip
ſa indigentia ſuggerat. ⁊ dū caro
fame affiatur. ad cupiditatem a
nimꝰ irritetur: et querat cū culpa
prouidere vnde carni valeat in ne
ceſſitate ſatiſfacere. ne cor in indig
natione ꝓſiliat. et linguā in mur
murationis amaritudinē accendat
Qui igitur in carnis ſue iopia ſe
hinc inde circūſpiat. atqꝫ a pecca
ti laqueo cuſtodit: nouit eſurire.
Nos itaqꝫ fratres cariſſimi iram
atqꝫ auariciam in aduerſitate fu
gientes elatioēm ⁊ immoderata
gaudia in proſperitate declinan
tes: qꝫ per fidē. ſpem atqꝫ caritatē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interioris vite atriū tribus portis
intrare cōcupiſcim9 : palmas hinc
& inde teneamus. Ibet adhuc al
terū ciuem celeſtis patrie ad men
tem reducere : ꝛ qualiter hinc inde
palmā teneat demonſtrare. Btūs
etenim iob cū eſſet viris orientali
b9 dicior. ꝛ e proſpera cuncta ſup
peteret. filij pollerēt. familia creſce
ret. greges exuberarent : in tanto
omnipotentis dei timore perſtitit.
vt inter cuſtodiam diſcipline. int̄
acta iuſticie. inter multa humilita
tis obſequia. miſericordie operibꝫ
intentus. ſacrificijs offerendis de
ditus. holocauſta domino pro ſin
gulis filijs immolaret : ne quis eo
rum ſaltem in corde peccaſſꝫ. Pen
ſemus ergo quanta ei erat cuſtodi
a boni operis : qui in filijs ſuis ex
piabat ſacrificijs culpas cordis.
Sed q̄ꝛ iuſtus eſſet in proſperita
te iam innotuerat. Valde autem
ignotū erat : ſi perſeuerare iuſt9 ꝛ
inter flagella potuiſſet. Tangen
dus ergo erat verbere : vt vir ille
ſanctus in proſperis interrogare
tur aduerſis : et qui not9 erat om
nipotēti domino : notus nobis per
flagella fieret / ꝛ ſibimetipſi. Diſpo
nente itaqꝫ domino conſumpti ſūt
greges. interfecti cuſtodes : euerſa
domus. extincti filij : percuſſa caro
a planta pedis uſqꝫ ad verticem : re
manſit vxor incolumis que verbo
rū iaculis vulnera augeret. Sed
hanc vir ſanctus in temptatione.
ſanus in vulnere prudenter docet

eiqꝫ reſpondit dicens Si bona ſuſ
cepimus de manu domini : mala
cur non ſuſtineamus : Amici quoꝫ
qui ad cōſolandum veniūt. ad con
tumelias erūpunt. ꝛ in dolore vul
nerū addunt adhuc vulnera verbo
rum. Immiſericordē dicunt : rapto
rem nominant. violentū denunci
ant : oppreſſorem pauperum faten
tur Quid igitur miles dei faceret
inter dolentia vulnera & amara
verba depreſſus : Ecce flagella
dei. et verba hominū ſimul afflici
animū ad deſperatioēm premūt.
Sed virtute ſpiritus plenus car
nis vulneribus iacens. mentis ro
bore ſtans : contra deſperationis
impulſum reduxit ad memoriam
bona q̄ egerat. Quia miſericors
fuerat dicens. Oculus fui ceco : et
pes claudo. Et rurſum. Pater e
ram pauperum Quia ꝛ diſcipline
cuſtos & benignus. dicens. Cum
qꝫ ſederem quaſi rex circumſtan
te exercitu : eram tamen merenti
um conſolator. Quia humilis fue
rat. dicens. Si contēpſi ſubire iu
diciū cum ſeruo meo & ancilla me
a : cum diſceptarēt aduerſum me.
Quia hoſpitalis fuerit fatetur.
Si deſpexi p̄tereuntē : eo q̄ꝛ nō ha
buerit indumentū. Quia largus
in donis dicit. Si nō benedixerūt
m̄ latera ei9 : & de velleribꝫ ouiū
mearū calefact9 eſt. Quia violen
tus nō fuerit teſtatur dicens. Si
leuaui ſup pupillū manū meam.
cum viderē me in porta ſuperiorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia de inimicia periculo nunq̄ᵐ ex
ultauerit dicit. Si gauiſus ſū ad
ruinam eius qui me oderat. Qui
a patiens fuerit. ⁊ etiam ſuoꝝ ma
liciam equanimit̄ pertulerit dixit
Si non dixerunt viri tabernaculi
mei: quis det de carnibꝰ eius vt
ſaturemur? Quid eſt ergo qḋ vir
ſanctus tot ſuas virtutes inter fla
gella enumerat? Quid eſt qḋ ore
ſuo opera q̄ fecerat laudat: niſi qꝛ
inter vulnera ⁊ verba q̄ hunc ad
deſperationem trahere poterant.
ad ſpem animū reformat? Et qui
in proſperitate humilis fuit: reuo
catis bonis ſuis ad memoriā . in
fractꝰ in aduͤſitate ꝑmanſit. Cuiꝰ
enim animū inter tot flagella illa
verba ad deſperationem nō impel
lerent: niſi ſibi ad memoriā bona
q̄ fecerat reuocaſſet? Vidit igitur
ſanctus vir mentem ſuam auditis
tot malis ad deſperationem con
cuti: ⁊ mirabiliter ſtuduit in ſpe
certa ex bonis ſuis actibꝰ ſolidari
Sic ſic impletur quod ſcriptū eſt.
In die bonoꝝ ne imemor ſis ma
loꝝ: ⁊ in die maloꝝ ne imemor
ſis bonoꝝ. Si enim cū bona habe
mꝰ maloꝝ remiſcimur q̄ aut iam
paſſi ſumꝰ. ꝗ adhuc pati poſſumꝰ:
accepta bona mentem nō eleuāt
quia eoꝝ gaudiū timor memorie
maloꝝ premit. Et ſi cū mala ha
bemus bonoꝝ reminiſcimur q̄ aut
iam accepimꝰ. aut adhuc nos poſ
ſe accipere ſperamꝰ: maloꝝ pōdꝰ
animū in deſperationem non dep̄
mit: quia hūc ad ſpem memoria
bonorū leuat. Si itaq̨ fratres ca
riſſimi. ⁊ per p̄cepta dominica ⁊ ꝑ
ſanctorum exempla gradimur. vt
nos nec ꝓſperitas eleuet. nec ad
uerſitas frāgat: habere nos ante
omnipotentis dei oculos palmas
hinc inde monſtramus. Letemur
igitur in eius adiutorio. qui in ſu
is nobis ſequacibꝰ omnia q̄ prece
pit oſtendit omnipotens redēptor
noſter: qui viuit et regnat cū pa
tre in vnitate ſpūs ſancti deus: ꝑ
omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.

Explicit omelia ſeptima. Inci
pit omelia octaua.

Prophetie verba q̄ lar
giēte dn̄o hodie carita
ti veſtre loquenda ſunt
lectione magꝭ indigēt
q̄ꝫ expoſitione. Ea enim in tribus
portꝭ interioribꝰ replicantur: que
ſcḋo iam vel tercio de exterioribꝰ
dcā ſunt. pauca verȯ in earū deſcrip
tione permutantur Unde neceſſe
eſt ea nos q̄ iam dicta ſunt legen
do trāſcurrere: vt que necdū dicta
ſunt licentius poſſimus enodare.
Itaq̨ nūc dicatur. Et porta atrij
interioris in via auſtrali. Et men
ſus eſt a porta uſq̨ ad portā in via
auſtrali centum cubitos. Et intro
duxit me in atriū interius ad por
tam auſtralem: ⁊ menſus eſt por
tam iuxta menſuras ſuperiores:
thalamū eius. frontē eius ⁊ veſti
bulum eius hijſdē menſuris: ⁊ fe
neſtras eiꝰ. veſtibulū eiꝰ in circuitu

quinquaginta cubitos longitudi
nis ⁊ latitudinis viginti quinqꝫ cu
bitos: ⁊ veſtibulum per girum.
Cuncta hec ſuperius dicta atqꝫ ex
poſita eſſe meminiſtis: necdum ve
ro dictum eſt quod de eodem veſti
bulo ſubditur. Longitudinem vi
gintiquinqꝫ cubitorum et latitudi
nem quinqꝫ cubitorū ⁊ veſtibulum
eius ad atrium exterius: atqꝫ ite
rum hoc quod iam ſuperius dic
tum fuerat replicatur cum dicitur
Et palmas eius in fronte. Et ſta
tim quod adhuc dictum non fue
rat ſubditur. Et octo gradus e
rant quibus aſcendebatur ꝑ eam
Hoc quoqꝫ quod de auſtrali por
ta ſcriptum eſt. de orientali quo
qꝫ porta in eodem ordine narrat.
nam protinꝰ ſubinfertur Et intro
duxit me in atriū interiꝰ ꝑ portā
orientalē. ⁊ menſus eſt portam ſe
cundū menſuras ſuperiores: tha
lamū eius ⁊ frontem eius et veſti
bula eius ſicut ſupra: et feneſtras
eiꝰ ⁊ veſtibula eius in circuitu. lō
gitudine quinquaginta cubitorꝫ:
latitudine xx. ⁊ quinqꝫ cubitorꝫ. ⁊
veſtibulū eius id eſt atrij exterio
ris: ⁊ palme celate in fronte eius
hinc et inde. ⁊ in octo gradus aſcē
ſus eius Ea quoqꝫ q̄ de porta auſ
trali et orientali dicta ſunt: in eiſ
dem verbis. etiam de porta que ad
aquilonem reſpicit replicatur Nā
ſubdit. Et introduxit me ad por
tam que reſpiciebat ad aquiloēm
⁊ menſus eſt ſecundū menſuras ſu
periores: thalamū eius ⁊ frontē
eius et veſtibulū eius et feneſtras
eius per circuitū longitudinē quin
quaginta cubitorꝫ. latitudinem vi
gintiq̄nqꝫ cubitorꝫ: ⁊ veſtibulum
eius r̄ſpiciebat in atrium interius
⁊ celatura palmarū in fronte illiꝰ
hinc et inde: ⁊ in octo gradus aſ
cenſus eius. Quid itaqꝫ interiori
atrio quid thalamo quid frontibꝫ
quid veſtibulo. quid feneſtris quid
longitudine ⁊ latitudine. quid pal
marū celatura ſignetur. late iam
ſuperius diximus: nec oportet vt
in eiſdem iterum. ſed in hijs ſolū
modo que necdū dicta ſunt occupe
mur Nunc ergo querendū nobis
eſt. que iſte tres porte interiores
ſint: vel quid eſt ꝙ earumdem por
tarum veſtibula vigintiquinqꝫ cubi
tis longitudine. ⁊ quinqꝫ cubitis
latitudine metiuntur: vel cur ad
eas non ſeptem ſicut de portis ex
terioribus dictum fuerat: ſed octo
gradibus aſcenditur Porta enim
atrij interioris que ſuperius dicta
eſt. de hijs tribus portis interiori
bus non eſt: quia illa ꝯtra oriē
tis et aquilonis portam reſpicere
dicitur. iſte autem ſingule interius
ad auſtrum vel orientem ⁊ aquilo
nem poſite eſſe memorantur. Vn
de recte per illam aditus interior
deſignatur. qui ſicut precedente
locutione iam dictum eſt vel iu
dee et gentilitati. vel inchoanti
bus atqꝫ in bono perſeuerantí
bus vel a bono cadentibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed p9 culpas per penitentiam ſur
gentibus patet. Nunc aũt poſtq̃
ſingule in oriente ⁊ aq̃lone ⁊ au
ſtro porte deſcripte ſunt: cũ interio
ris atrij rurſũ porte ſingule in au
ſtro ⁊ oriente atq; aquilone deſcri
bũtur. aſpirante deo magna intẽ
tione opus eſt ſinũ tante profũdi
tatis indagare. Si enim portarũ
nomine ſanctos predicatores acci
pimus: ſciendũ nobis eſt. quia v
na eſt ecc̃ia in predicatoribus teſta
menti veteris ac noui. Porte autẽ
ſeptẽ vel octo gradus habent: qui
a ſancti ſpũs ſeptiformẽ gratiam
concorditer p̃dicant: octauũ vero
gradũ annũciant retributionis et̃
ne. Unde ſcriptũ eſt. Da partes
ſeptẽ necnõ ⁊ octo. Quid itaq; di
cere poſſum9 exteriores portas ni
ſi ãtiquos patres fuiſſe qui per p̃
cepta legꝭ nouerant opera populi
magꝭ q̃ꝫ corda cuſtodire: vt interio
res portas p̃dicatores ſancte ecc̃e
debeamus accipere. qui ſpũalibus
monitꝭ diſcipulorꝫ ſuorꝫ corda cu
ſtodiũt: ne malis q̃ non faciũt vel
in cogitationib9 delectentur. Per
illas enim ſeptẽ gradibus aſcendi
dicitur. iſtarũ vero octo gradũ a
ſcenſus eſſe perhibetur: qꝛ ⁊ in ve
neratione legꝭ dies ſeptim9 fuit
⁊ in nouo teſtamento octauus di
es in ſacramento eſt. is videlicet
qui dominicus appellatur: qui ter
cius a paſſione. ſed octauus a con
ditione eſt. quia et ſeptimũ ſequit̃
Diuerſo portarũ nomine ſolos in

telligim9 ſanctos apoſtolos deſig
nari: qui videlicet p̃mi nobis ſũt
ſancte eccleſie predicatores: ⁊ fi
dem nos ſpem atq; caritatẽ ſummo
pere tenere docuerũt. Ipſi itaq; no
bis in hijs virtutib9 porte ſunt:
q̃ nos p̃ eas dẽ virtutes ad iteriorẽ
intellectũ eterne ſapientie p̃ducũt
Sed ſi ipſi exteriores porte ſunt.
quos accipim9 interiores? Si ve
ro ipſi interiores ſunt. quos intelli
gimus exteriores? Qua in re ĩtel
ligi vtiliter p̃t: qꝛ ipſi nob ⁊ exte
riores ſimul ⁊ interiores porte ſũt
Cũ enim adhuc inchoantibꝫ non
alta ⁊ miſtica ſꝫ quedã que capi p̃
ualent p̃dicant. porte exteriores
ſunt: cũ vero perfectis profunda ⁊
miſtica loquũtur porte interiores
Videamus qualit̃ porta exterior
pateat. Nõ potui vobis loqui q̃ſi
ſpũalib9. ſed quaſi carnalib9: tanq̃
paruulis in xp̃o lac vobis potũ de
di non eſcam. Videam9 qualiter
porta interior pateat. Sapientiã
loquimur inter perfectos. Videa
mus vtrũ ip̃a eadẽ ſit porta interi
or ⁊ exterior. Sapientibꝫ ⁊ inſipi
entib9 debitor ſũ. Qui rurſũ dicit
Siue mente excedimus deo: ſiue
ſobrij ſumus vobis. In hoc enim
quod contẽplando et loquendo ſa
pientib9 mẽte excedit. porta interi
or eſt: in hoc vero quod paruulus
ſobriũ ſe in p̃dicatione temperat.
⁊ quãta ebrietate ſpũs infũdatur
in mente. cum p̃dicat nõ oſtendit
exteriorẽ portã ſe eſſe manifeſtat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ipſi itaqꝫ ⁊ exteriores porte nob
ſunt ⁊ interiores: qui nos ⁊ in pri
mo aditu fidei ſpei ac caritatis in
ſtituũt: ⁊ cũ iam proficientib9 reg
ni celeſtis miſteria predicant. per
ſubtiliorem intellectum nos ad in
teriora perducũt. Unde ⁊ per ſep
tem gradus prius aſcenſus earũ
deſcribitur: et poſtmodũ per octo.
Per octauum enim gradum illi9
vite miſteria ſignantur. quam in
ſecretis ſuis perfecte intelligũt qui
iam cũcta temporalia mente trã
ſcendere nouerunt: qui preſentem
vitam que ſeptem dierum circulo
voluitur plene deſpiciunt: qui de
intima contemplatione paſcuntur
Habent igitur porte ſpiritualis e
dificij ſeptem gradus: quia timo
rem domini. pietatẽ ⁊ ſcientiam.
fortitudinem ⁊ conſiliũ. intellectũ
⁊ ſapientiam ſuis auditoribus p̄
dicant. Sed cũ iam omnia dimit
ti precipiũt. cũ nichil in hoc mũdo
diligi ãmonent. nil per affectum
teneri. cum contemplationi celeſ
tis patrie intendi. atqꝫ in eius ſua
dent miſterijs delectari octauum
gradum addunt ⁊ ad interiorã tra
hunt. Iſte gradus docente veri
tate cuidam oſtenſus eſt cui cum
legis precepta dicerentur reſpon
dit. Hec omnia cuſtodiui a iuuen
tute mea. Quaſi enim iam in ſep
tem gradib9 ſtabat. cũ a iuuentute
ſua õnia cuſtodiſſe ſe diceret. Sed
ei mox dicitur. Adhuc vnũ tibi de
eſt. Si vis perfect9 eſſe vade ven
de õnia q̃ habes ⁊ da pauperib9 ⁊
habebis theſaurũ in celo: ⁊ veni
ſeq̃re me. In quibus verbis octa
uũ equidẽ gradũ vidit: ſed oſcen
dere noluit: quia triſtis abceſſit.
Quiſquis itaqꝫ contempt9 rebus
tẽporalib9 eternitatis contẽplatio
ne paſcitur. celeſtis regni gaudia
rimatur: poſt ſeptẽ gradus quos
timendo ⁊ operãdo. atqꝫ intellectũ
ſapientie ſue creſcendo tenuit: oc
tauo gradu interioris porte aditũ
intrauit Per octauũ quoqꝫ nume
rũ ⁊ dies eterni iudicij. ⁊ carnis
reſurrectio deſignatur. Vñ ⁊ pſal
m9 qui pro octaua ſcribitur. a pa
uore iudicij eſt inchoatus cũ dicit
Dñe ne in ira tua arguas me:
neqꝫ in furore tuo corripias me.
Nũc enim tẽpus eſt miſericordie.
in illo aũt iudicio dies ire In quo
videlicet die omẽ hoc tẽpus ſinit̃
quod ſeptẽ dieb9 euoluit̃: ⁊ qꝛ p9
ſeptẽ dies ſequitur iure octau9 ap
pellatur: in quo ⁊ caro nr̃a reſur
git ex puluere: vt ſiue bona ſiue
mala que egit recipiat a veritate.
Unde per legem quoqꝫ octauo di
e fieri circũciſio iubetur. Nã quia
p membrũ quod circũciditur mor
talis ꝓpagatio generatur: decedẽ
tiũ et ſuccedentium numerus au
getur. Sed quia in reſurrectione
mortuorũ nec carnis iã propagati
o agetur. ⁊ deceſſio atqꝫ ſucceſſio
nulla erit. qꝛ neqꝫ nubẽt neqꝫ nu
bẽtur. ſed erũt ſicut angeli in celo
octauo die p̃cipitur ꝓpriaũ incidi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibi eni͂ ia͂ carnis ꝓpagacio n̄ fiet: vbi
reſurgēs mō ꝑſeuerātiā eternitatꝭ hꝫ.
Per h̄ mēbꝝ matꝰ v̓go de ſcēdit q̄ deū
i vtrō ſine viriꝉ carnis admixtiōe ꝯce
pit: q̄ p̄mꝰ nob̄ eterne patē glãꝫ i ſua
reſurrectiōe mōſtrauit. q̄ ſurgēs a mor
tuis ia͂ nō morit̄ ⁊ mors ei vltra n̄ do
minabit̄: nobiſꝫ exēplū dedit vt ra ſi
eri in die vltīo de nrā carne credaꝰ: q̄
ſcā de carne illiꝰ i die reſurrectiōis ag
nouimꝰ Dꝫ qꝛ nob̄ ſmo de carnis re
ſurrectiōe ſe itulit. triſte nimis ⁊ valde
lugubre ē. q̄ꝫ quoſdā in errōa ſtare ⁊ de
carnis r̄ſurrectiōe dubitarē ꝯgnoſcimꝰ
Hāc āt ātiq̄ patres vētura ēē certiſſiē
crediderūt. etꝫ cū nullū adhuc eiuſdē re
ſurrectionis exēplū tenerēt Qua igit̄
dāpnatiōe digni ſt. q̄ ⁊ exēplū ia͂ dn̄ice
reſurrectiōis acceperūt ⁊ tn̄ adhuc de
ſua r̄ſurrectiōe diffidūt: pignꝰ tenēt. ⁊
fidē nō h̄nt: Erra. as replēt: ſꝫ qꝛ de re
ſur rectione ſua dubitant: mente vacu
a ſtāt De hac ꝑ beatū iob dꝛ Scio q̄ꝫ
redēptor meꝰ viuit: ⁊ in nouiſſiō die d̄
terra ſurrecturꝰ ſū: ⁊ rurſū circūdabor
pelle mea. ⁊ i carne mea videbo deū
Quē viſurus ſū ego ip̄e ⁊ oculi mei ꝯ
ſpecturi ſt̄ ⁊ n̄ aliꝰ Hic ꝑ pſalmiſtā dꝛ
In ꝯſpcū eꝰ ꝓcidūt vniūſi q̄ deſcēdūt
i terrā In terrā eni͂ mortui n̄ ſpū ſꝫ cor
pe deſcēdūt In ꝯſpcū ḡ dn̄i ꝓcidūt q̄
i terrā deſcēdūt qꝛ r̄ſurgēdo ad iudiciū
veniūt q̄ nūc in puluē putreſcūt Hic i
terū dicit Sitiuit i te aīa mea. q̄ꝫ mul
tiplr̄ ⁊ caro mea Sitit aīa ut deū vide
at: caro q̄d ſitit niſi ut r̄ſurgat: Hinc
rurſꝰ ait Auferes ſpm̄ eoꝝ ⁊ deficiēt.
et in puluerem ſuū reuertentur. Hoꝝ

q̄ꝫ de carnis reſurrectione ſubiūgit. E
mittes ſpiritum tuū ⁊ creabūtur ⁊ re
nouabis faciem terre Hinc iterū dicit.
Exurge dn̄e in reqēm tuā tu ⁊ archa
ſāctificatiōis tue Exurrexit ei dn̄s i reqē
em ſuā. cū carnē ſuā de ſepulchro ſuſci
tauit Pꝰ hūc quoꝫ exurgit et archa:
qꝛ r̄ſurgit ecclā Hic ꝑ eūdē ꝓphaꝫ de q̄
loqmur ſcrptū ē. Oſſa arida audite v̓
bū domini. Hec dicit dominꝰ deus oſſi
bꝰ hȳs Ecce ego itromittā i vob̄ ſpm̄
⁊ viuetꝭ. ⁊ dabo ſup vos neruos: ⁊ ſuc
creſcē faciā ſup vos carnes. ⁊ ſupextē
dā in vos cutē et dabo vob̄ ſpm̄ ⁊ viue
tꝭ. Hic ē q̄d ꝓpha aliꝰ ꝑ reſurrectionē
dn̄i hūanū genꝰ vidit i fine ſuſcitāi at
q̄ꝫ ait Viuificabit nos pꝰ duos dies:
i die tercia ſuſcitabit nos: ⁊ viuemꝰ i
ꝯſpcū eꝰ Hinc ē q̄ꝫ de ſemetipō dn̄s cū
loqret̄ adiūxit Nolite mirari h̄: qꝛ ve
nit hora i q̄ oēs q̄ in monumētis ſūt
audiēt vocē eꝰ: ⁊ ꝓcedēt q̄ bona fecerūt
i reſurrectionē vite: q̄ v̓ō mala egerūt
in reſurrectioēꝫ iudicij. Hinc paulꝰ ait
Vn̄ etꝭ ſaluatorē expectaꝰ dn̄m ihm̄
xp̄ꝫ: q̄ reformabit corpꝰ hūilitatꝭ nr̄e
ꝯfiguratū corpi claritatꝭ ſue Hic iterū
dr̄ Si ei credimꝰ q̄ꝫ ih̄us mortuꝰ ē ⁊ r̄
ſurrexit. ita ⁊ deꝰ eos q̄ dormierūt ꝑ ih̄ꝫ
adducet cū eo Qui rurſꝰ ait. Primicie
dormiētiū criſtꝰ. Si ei nos a mortis
ſōpno n̄ ſurgiꝰ quō i reſurrectiōe dn̄ica
p̄micias habeꝰ: Ecce veteres ac noui
p̄res vno ſibi ſpū de carnis r̄ſurrectiōe
ꝯcordāt: ecce ip̄a ꝑ ſe veritas p̄us voce
docuit q̄d de r̄ſurrectiōe carnis pꝰ mor
tē ꝑe demōſtrauit. ⁊ tn̄ adhuc q̄ꝫdā in
fidelitas fidē n̄ hꝫ ⁊ in domo fidei ſtās.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed mirari ſolent qualiter caro reui
uiſcere poſſit ex puluere. Miretur igiẗ
altitudinē celi. molē terre. abiſſos a
quarū. omnia que in mūdo ſūt: ipſos
quoqꝫ āgelos creatos ex nichilo. q̄ a
minꝰ valde eſt aliq̄ꝫ ex aliquo facere.
q̄ꝫ ōnia ex nichilo feciſſe. Ipſa nob ele
mēta. ipē rerū ſpēs: reſurrectiōis yma
ginē p̄dicāt. Sol eni cotidie nr̄os ocu
lis moriẗ. cotidie reſurgit. ſtelle ma
tutinis horis nob occidūt. veſpē reſur
gūt: arbuſta eſtiuis tpibꝰ plena foli
is floribus ac fructibꝰ videmꝰ. q̄ hye
mali tēpe nuda folijs floribꝰ ac fruc
tibꝰ quaſi arida remanēt: ſꝫ vernali tē
pore ſole redeunte. cū a radice humor
ſurrexerit. ſuo iterū decore veſtiūtur
Cur ergo de hoibus diffidiẗ. qd̄ fie
ri in lignis videẗ. Sed ſepe puluerē
putreſcentis carnis aſpiciūt: ꝛ dicūt
Unde oſſa ꝛ medulle. vn̄ caro vł ca
pilli poterūt in r̄ſurrectiōe repai. Hec
itaqꝫ req̄rētes p̄ua ſemina īgētiū arbo
rū videāt. atqꝫ ſi poſſūt dicāt: vbi in
eis latꝫ tanta moles roboris. tanta
diuerſitas ramoꝝ. tāta multitudo ꝛ
viriditas folioꝝ. tāta ſpēs floꝝ. tan
ta vbertas ſapoꝝ: atqꝫ odor fructuū
Nūq̄ nā ſemina arboꝝ odorem vł ſa
porem habent. quē ipē poſt arbores
in ſuis fructibꝰ ꝯferūt. Si ergo ex ſe
mine arboris quod videri non poteſt
ꝓdua poteſt. cur de puluē carnis hu
mane diffidiẗ. qꝛ ex eo repari forma
valeat que nō videtur. Sepe autem
obicere manē q̄ſtiūculā ſolent: qua di
cūt Carnē hoīs lupꝰ comedit. lupū
leo deuorauit. leo moriēs ad puluerē
redijt. cū puluis ille ſuſcitatur quomo
do caro hoīs a lupi ꝛ leonis carne
diuidetur. Quibus q̄ꝫ aliud reſpōde
re debemus. niſi vt prius cogitēt qua
liter in hoc mundo venerint: ꝛ tunc
inuenient qualiter reſurgant. Certe
tu homo qui loqueris aliqn̄ in mr̄is
vtero ſpuma fuiſti ſanguis: ibi quip
pe ex patris ſemine ꝛ mr̄is ſanguie
p̄uus ac liquidus globus fuiſti. Dic
rogo ſi noſti qualiter ille humor ſemi
nis in oſſibus duruit. qualiter in me
dullis liquidꝰ remāſit: qualiẗ in ner
uis ſolidatus eſt. qualiter in carnibus
creuit. qualiter in cute extēſus eſt q̄li
ter in capillis et vnguibus diſtinctꝰ.
ita vt capilli molliores carnibus: ꝛ
vngues eſſent teneriores oſſibꝰ. car
nibus duriores. Si igitur tot et tan
ta ex vno ſemine et p̄ ſpecies diſtinc
ta ſunt: ꝛ tamen in forma remanent
cōiuncta. q̄ꝫ mirū ſi poſſit omnipotens
deꝰ in illa reſurrectione mortuoꝝ car
nē hoīs diſtinguē a carne beſtiaꝝ. vt
vnꝰ idē q̄ꝫ puluis ꝛ nō r̄ſurgat in quā
tū puluis lupi ꝛ leonis eſt. ꝛ tn̄ reſur
gat in quātū eſt puluis hoīs. Vide
itaqꝫ homo qualiẗ ad vitā veniſti: ꝛ
nequaq̄ꝫ dubites. ad vitā qualiẗ rede
as. Cur aūt ratione vis cōꝓhendere
quō redeas. q̄ ignoras quō veniſti. Da
potētie creatoris tui: qd̄ ꝯꝓhendē nō
vales de temetipſo. Certe eni qꝛ tu
de terra factꝰ es ꝛ terra ex nichilo: tu
es creatꝰ ex nichilo. Ne ergo de car
nis tue reſurrectione diſperes. atten
de prudenẗ quia mirus eſt deo repa
rare qd̄ erat: q̄ꝫ feciſſe quod non erat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed ſi nō potes reſurrectionis ef
fectū racionē cōphendere: perſpede
ꝙ multa ſūt q̄ non intelligis qua
liter ſint: ⁊ tñ eſſe non dubitas.
Dic rogo ſi noſti Situs celi/terre
cardines/aquarū abiſſus vbi ſi
untur? vbi ſuſpenſi ſūt? Damus
aūt quia quod ex nichilo factū eſt
pēdet in nichili. Sz ſi eſt aliquid
qđ dicitur nichilū: iam nichilū nō
eſt. Si aūt nichil eſt nichilū. nuſ
ꝙ mūdi moles depēdet: nec eſt v
bi ſit quod creatū eſt vt ſit. Quō
ergo nuſꝙ eſt. quod nouim⁹ qui
a eſt? Sz hec fortaſſe ad te multa
ſūt: ad temetipſū homo reuertere.
Certe ex ſpū es creatus ⁊ limo:
vno inuiſibili altero viſibili: vno
ſenſibili. altero inſenſibili Quō er
go permiſceri in te potuit ſpūs ⁊
lim⁹. atq; ex diuerſo fieri res non
diuerſa. ita vt in tanta conuenienti
a miſceretur ſpūs ⁊ lim⁹: vt cum
caro atteritur ſpūs marceat. ⁊ cū
ſpūs affligitur caro tabeſcat? Sz
forſan necdū preuales diſcutere
temetipſū. Perſpede ergo ſi vales
quō rubrū mare virga diuiſū eſt:
quō petre duricia percuſſiōe virge
vndas emanauit? quō aaron vir
ga ſicca floruit: quō ex eius gene
re veniens virgo concepit. quō ⁊ in
partu virgo pmanſit? quō quatri
duan⁹ mortuus iuſſione ſuſcitat⁹
ligatis manib⁹ ac pedibus de ſe
pulchro exijt. quē poſtmodū ſolui
dñs per diſcipulos iuſſit: quō iſte
redēptor noſter in vera carne atq;
oſſib⁹ reſurgens clauſis oſtijs ad
diſcipulos intrauit. Ecce hec in
ueſtigare non vales: et tñ credis.
Cur ergo de reſurrectionis glori
a diſputādo ⁊ diſcuciendo dubitas
qui tā multa miſteria ſine diſcuſſio
ne credidiſti? Qui tñ ſi reſurrectio
nem carnis nō credis. omnia ſine
cauſa credidiſti: quia in hoc ange
loꝝ ſpectaculo videris quidē vel o
citer currere: ſz poſtꝙ curſū perege
ris. ne brauiū accipias auerſaris
Vnde per paulū dicitur. Sic cur
rite vt cōphendatis. Qui rurſus a
it. Si in hac vita in xpō tm̄ ſperā
tes ſumus: miſerabiliores ſumus
oībus hoīb⁹. Diuine aūt virtu
tꝭ miſteria q̄ cōphendi nō poſſūt
non intellcā diſcuciēda ſunt: ſz ſi
de venerāda Sacendū itaq; nobis
eſt. qz quicq̄d rōne hoīs cōphēdi
pt: mirū eſſe iam nō poteſt Sz ſo
la eſt in miraculis racio/potētia fa
cientis Ecce dum de reſurrectione
carnis loq̄mur. ab expoſitionis or
dine paululū digreſſi ſum⁹. Ad ea
ergo q̄ cepim⁹ redeamus. Habēt
aūt interiores porte veſtibula: que
viginti ⁊ q̄nq; cubitis in longitu
dine metiūtur. Si enim octo ter
ducim⁹. ad viginti et q̄tuor perue
nim⁹. Cui vnus additur: vt xx.
et q̄nq; teneam⁹. Auditores eterni
boni q̄ q̄ſi q̄dā veſtibula ſūt porta
rū. eterne ſpei longanimitatē te
nent: octauū diem in trinitatis fi
de ſuſtinent Que trinitas qz vn⁹
eſt deus: octo quidē per tria ducit
Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed in eiuſdem vni9 dei confeſſione
ſolidatur. Plana ſūt veſtibula: qꝛ
humilia ſunt corda auditoꝝ bono
rū. Habent longitudinem: quia
in ſpei perſeuerant longanimita
te. Viginti ⁊ quinqꝫ cubitꝭ earum
lōgitudo menſuratur: quia per re
ſurrectionem carnis in octaua per
trinitatē credūt: ⁊ eandē ſanctam
trinitatem vnū deū eſſe fatentur.
Habent quoqꝫ q̄nqꝫ cubitos latitu
dinis: quia per vitam ſimplicem
que quinqꝫ ſenſibus ducitur circa
amorem proximi dilatātur. Et
notandum quia poſtq̄ portarum
veſtibula ſuperius alia dicta ſunt.
poſtmodū veſtibulū qd quinqꝫ cubi
tis habet latitudinē exteri9 reſpice
re dr: qꝛ nimirū ſunt auditores a
lij qui ītellectū interioꝛis vite mag
nis virtutib9 pficiendo penetrāt:
⁊ ſūt quidā ſimplices q̄ bene quidē
ſꝫ iuxͣ ſenſus corporeos viuūt: vn
de ⁊ exterius reſpicere dicuntur.
Quaſi enim extra reſpiciūt: quia
iuxta ſenſus corporeos viuūt. Sꝫ
tamen et exterius reſpicientes in
tus ſunt. qꝛ ⁊ ſi ſenſus corporeos
intelligendo tranſcendere neſciūt
fidem tamen atqꝫ caritatem ⁊ hu
militatem tenent. Et intus ergo
ſunt in ſpirituali edificio per amo
rem: ⁊ quaſi foris reſpiciūt p ſim
plicitatem. Poteſt per veſtibulum
quod exterius reſpicit fides incho
antiū deſignari: ⁊ per veſtibulum
